Accipiente conditionem Piſiſtrato:initur conſilium de illo reſtituendo:res ut ego interpretor longe ſtultiſſima:quoniam inde a priſcis temporibus reſponſum erat græcam gentem dexteriorem eſſe q; barbaram:& magis ab ineptiis abhorrẽtem:& ſi athenienſes inter græcos feruntur ſapientia principes:ex quibus fuerunt iſti qui talia ſunt machinati. Erat in tribu pæaniea mulier nomine Phya tribus digitis minus ſtatura quattuor cubitorum:alioquin formoſa. Hanc mulierem omni armatura cum inſtruxiſſent in currumq; ſuſtuliſſent compoſitã in eum habitum quo uenuſtiſſima uidenda eſſet in urbem agũt:præmiſſis præconibus emiſſariis:qui cum in urbẽ uenirent hæc mandata exequerentur ut dicerent. Athenienſes bona mente excipite Piſiſtratum quem Minerua ipſa præcipuo inter homines honore proſecuta in ſuam reducit arcem. Et hi quidem paſſim uadentes talia prædicabant:ſtatimq; rumor emanauit in tribus Mineruam reducere Piſiſtratum. Q ui in urbe erant credentes mulierem ipſam deam:fœmine ſupplicauerunt pariter & piſiſtratum acceperunt. Hunc in modum quem diximus recuperata tyrannide Piſiſtratus ex pactione quam inierat cum Megade illius filiam duxit uxorem. Verum cum & filii eſſent ei adoleſcentes: & qui oriundi forent ex Alchmeone dicerentur obnoxii eſſe crimini piãiculari nolens ex nouo coniugio liberos tollere:haud legittime coibat con uxore. Q uam rem cum iter illicita occultaſſet:poſtea ad matrem retulit enunciaret id: nec ne: mater uiro indicauit. Id iſte iniquo animo ferens ſe a piſiſtrato contumelia affici:ut erat iratus mili tes homini infenſos reddidit. Q uæ fieri piſiſtratus contra ſe anima aduertens e regiõe prorſus abſceſſit:& ubi eretriam peruenit una cum filiis deliberabat:& cum ſententia Hippiæ præualuiſſet de tyrannide rurſus recuperanda aliquot ciuitates excitauerunt: quæ ipſis non nihil beniuolæ erant:& cum aliæ complures pecuniæ multum contulerunt. Tum uero thebani plurimum:poſt hæc non ita multo interiecto tempore omnia ad reditum eis in expedito fuerunt. Nam & ex pelloponneſo argiui aderant mercede conducti:& Naxius quidam nomine Lygdamus:qui ultro aduenies plurimum ſtudii exhibuit allatis & pecuniis & copiis. Profecti ex eretria ãno uertẽte redierũt:& primum in attica marathonem occupauerũt. Ad quos interea ibi caſtra habẽtes cum ſeditioſi ex urbe ſe conferebant:tum alii ex tribubus confluebant:quibus erat tyrãnis q; libertas iocundior:atq; ita congregabantur. Dum piſiſtratus pecuniam cogit:& marathonẽ tenet:Athenienſes qui intra ubem agebant:rem nullius momenti fecerunt. Ac ubi acceperunt eum ex marathone urbem uerſus mouere:ita domũ ad ſe defendendos obuiam tendunt. Et dum iſti cum omnibus copiis feſti in illos:& illi circa piſiſtratum e marathone digreſſi contra urbem irent:& in eundem locũ cõueniſſent: perrexerunt ad mineruæ pallenidis fanum:altrinſecuſq; arma poſuerunt. Hic diuina pompa fungens Amphilitus Acarnan uir ariolus:Piſiſtratum cui aſſiſtebat adiit:atq; hæc hexametro carmine uaticinatus ẽ inquiẽs. Eſt nummus proiectus:itẽ ſunt retia tenta:Nocte meãt thynni claro ſub ſidere lunæ. Hoc ille oraculum diuino afflatus ſpiritu reddidit. Q uod oraculũ piſiſtratus cõiectans:& ſe accipere affirmãs:i atheniẽſes urbe egreſſos copias ducit. Ad illi tũc ad prãdiũ ſe cõuerterãt:& ſecundũ prandiũ partim ad ſomnũ In hos ipetu dato hi qui cũ piſiſtrato erãt in fugã uertũt. Q uibus fugiẽtibus ſolertiſſimũ conſiliũ piſiſtratus excogitauit ut atheniẽſes nec amplius caperẽtur:& tñ diſſiparent:pueros iuſſos cõſcendere equos p̃mittit:qui aſſequẽdo fugientes mandata piſiſtrati dicerent:iuberentq; eos bono animo eſſe & ad ſua quenq; abire

Phyamulier

Lygdamus

Amphilitus

Ita audientibus dicto athenienſibus: Piſiſtratus tertio potitus athenis tyrannidē ſta
biliuit tum auxiliariorum copiis: tum pecuniarum prouētibus partim a flumine ſtry
mone comparatis: filios quoq; eorum athenienſium qui perſtiterant nec ueſtigio fu
gam fecerant pro obſidibus ſumptos in naxum tranſtulit. Hanc enim inſulam bello
ſubegerat: Lygdamoq; permiſerat: cum ante hæc etiam delum inſulam ex oraculis ex
piaſſet. Expiauit autem ſic. Q uatenus profectus a templo ferebatur eatēus ex omni
loco mortuos effodit: In alium eiuſdem inſulæ locum tranſtulit. Igitur Piſiſtratus ty
rannide potitus eſt atheniēſium: aliis in prælio: cæſis aliis una cum Alcmeonidis dono
pro fugis. Hunc ita athenienſibus imperantē ea tempeſtate Crœſus audiebat: lacedæ
mōios quoq; magnis e cladibus ereptos: & iā tegeatibus bello ſuperiores eſſe. Q uip
peſub leonte & Hegeſide in ſparta regnantibus cum cætera bella proſpere geſſiſſent:
in tegeati tamen ſuccubuerunt. Nam iam inde ante iſtos fere ex omnibus græcis peſ
ſime morati fuerant tam circa ſe q̄ circa hoſpites: nullo conſuetudinis conuerſationiſq;
Licurgus ſpartiata commercio: quæ inſtituta in melius mutauere Ligurgo: inter ſpartiatas probata uiro
delphos ad oraculum profecto. Cui ſtatim atrium ingreſſo Pithia hæc īquit. Ad mea
ueniſti præpinguia templa Licurge Grate Ioui: & cunctis qui tecta tuentur olympi.
Ambigo uaticiner ſis utrum uir ne deus ne. Sed multo magis eſſe deum te ſpero licur
ge. Nonnulli præter hæc aiunt Pythiā ei diſſeruiſſe inſtituta: quæ nunc a ſpartiatis ſer
uantur. Ipſi tamen lacedæmonii uoluntlicurgum cum eſſet tutor & idem patruus leo
Leobo tus boti ſpartiatarum regis e certa hæc attuliſſe. Siquidem cum primū tutor factus ē: omnia iura immutauit: deditq; operam ne quis ea præteriret. Deinde quæ ad bellum per
tinerent iuſiurandum conuentus commeſſationes ſuper hæc iſtituit tribūos plebis e
phoros ac ſenatores. Ita illi ad rectum uitæ genus tranſlati ſunt a licurgo. Q uem uita
defūctum delubro ædificato egregie colunt. Ex quo cum bonitate ſoli: tum non exi
gua hominum copia diſcurrerunt ſtatim: ac benigne rē geſſerūt. Nec amplius cōtenti
ocio frui cum ſe arcadibus præſtantiores eſſe arbitrarentur: de omni illorum terra ocu
panda oraculum delphicum conſuluerunt: quibus Pithia reſpondit Me petis arcadiā
multis petis haud tibi tradam. Multi apud arcadiam ueſcētes glande uiri ſunt. Q ui te
reiicient: tibi ego haud inuidero quicquam Saltandum tegeā plāta plaudēte daturus.
Vtq; queas cāpum metiri fune feracem. Hæc reſponſa ubi accepere lacedæmonii a cæ
teris arcadibus abſtinentes bellum intulere tegeatibus ferentes ſecum cōpedes uideli
cet captioſo freti oraculo tanquam eſſent ipſi redacturi tegeatas in captiuitatem. Verū
congreſſi prælio ac fugati quicunq; eorum uiui ſunt capti eiſdem quas ipſi attulerūt cō
pedibus īductis campum tegeatem metiti fune coluerūt. Compedes quibus uīcti fue
rant ad noſtram uſq; memoriam incolumes fuere circa templū Mineruæ Aleæ apud
tegeā ſuſpenſæ atq; ſuperiore quidē bello lacedæmonii aduerſus tegeatas aſſidue ſem
Anaxan dridas per male pugnauerant. Croſi tamen ætate & Anaxandridæ Ariſtoniſq; regum ſuorū
longe ſuperiores contra eoſdem extiterunt hunc in modum tales effecti. Cum ſemper
Ariſton in bello a tegeatibus repellerentur miſſis delphos cōſultoribus: oraculum ſunt ſciſcita
ti: quemnam deorum placarent: ut tegeatum uictores exiſterent. His Pythia reſpon
dit: id fore ſi oſſa Oreſtis filii Agamemnonis referrent. Cuius urnam cum nequirent
Oreſtis oſſa īuenire rurſus ad deū mittūt de loco ſciſcitatum in quo ſitus Oreſtes eſſet: Hæc nūciis
interrogantibus ita Pythia inquit. Eſt pars arcadiæ tegeæ ī regione patēti Hic duo flāt
uenti ui peruehemēte coacti. Forma hoſtis formæ & plagæ ſuperindita plaga. Hic aga

mēnonides terra omni parēte tenetur. Q uo tu ſublato tegeæ ſperabere uictor. Vbi
hæc audierunt: nihil tamen minus inuentione fruſtrabātur: & ſi omnia diſquirētes do
nec Lyches unus ſpartiatarū eorq; qui benemeriti uocantur comperit. Sunt autem be
nemeriti ex ciuibus ſemper militia equeſtri perfūctis quini quot ānis: qui quo āno ex
equitibus ſpartiatis exeunt: ne torpeſcant alius alio mittuntur. Ex his lyches cum eſſet Lyches
rem apud tegeam adinuenit: fortuna pariter atq; ſolertia uſus. Nam cum lacedæmōiis
ac tegeatibus hoc anno commertium mutuo ſe adeundi eſſet: & iſte in ærariā officinā
ueniſſet: intuebatur ferrum dum procudebatur: quo inſpectaculo admirabundū ani
maduertens: faber ærarius intermiſſo opere quantomagis Lacō inq; hoſpes admira
reſi idem: quod ego tu noſſes: qui tanto opere admiraris ferrariū opificiū. In hac enī
corte puteum facere cum uellē: incidi in ſepulchrum ſeptē cubitorq; & quia īcredulus
eram oīo fuiſſe maiores q̄ nūc ſunt homines: aperui undiq; mortuū æqualia atq; ſepul
chrū longitudine: quā ubi menſus ſum iterum obrui. Hæc illo referente quæ uiderat
Lyches conſiderans coniectauit hunc ex oraculo eſſe Oreſtem hac uidelicet cōiectura Oreſtes
duos quidem quos cernebat excuſſoris folles totidem comperit eſſe uentos. Incudē cubitorq;
uero & malleū formā formæ hoſtē: ferrū uero quod procuderetur plagā ſuper inditā ſeptem
plagæ ac ratione coniectabat q; in plagā hominis ferrum īuentum eſt: Hæc itaq; ſecū
agitans ſpartā regreſſus rē oēm lacedæmoniis refert. Illi ex eōpoſito hoiem ermis cō
uictum exilio damnant Q ui in tegeam profectus: & calamitatem ſuam referēs fabro
excuſſori conducit ab eo nolenti uendere cortem. Ibiq; aliquādiu habitās ubi rem co
gnouit effoſſo ſepulchro oſſa collegit: eaq; portās ſpartam rediit. Q uo ex tēpore lace
dæmonii quotiens cum tegeatibus congreſſi ſunt ſuperiores extitere. Adeo ut multū
iam pelloponneſi eis pareret. Hæc itaq; omnia Crœſus audiens miſit nuncios ſpartā cū
muneribus ad roganda belli ſocietatem iuſſos dicere quæ oporteret. Ii poſtquam per
uenerunt nos aiunt Crœſus miſit lydorq; aliarumq; gentium rex ita inquiens. Lacedæ
monii quoniā deus oraculum reddidit: ut græcam mihi ſocietatem aſciſcerem: & uos
inter græcos ātecellere audio: ſtatui uos mihi in ſocietatem ex oraculo prouocādos ad
ineundā mecum quam cupio amicitiam atq; ſocietatem citra dolum fraudemq;. Crœ
ſus hæc per legatos nunciauit. Q uorum aduentu lacedæmonii: qui & ipſi oraculū au
dierant gauiſi: fœdus cum eis hoſpitii ſocietatiſq; inierunt. Etenim iam antea ītercede
bant nonnulla Croſi in lacædemonios beneficia. Nam cum illi miſiſſent ſardis ad au
rum comendum quo uſuri erant in id ſimulaerum: quod nunc poſitum eſt apud laco
nicam in thornace Apollinis eo auro ſunt a Crœſo donati. Q ua de re lacedemonii
quodq; ſe amicos ille delegiſſet: ſocietatem admiſerunt: & hoc denuncianti ſeſe para
tos exhibuerunt. Q uod ubi fecerunt pateram æneam labiorum tenus frequentibus
animalibus cælatam triginta amphorarum capacem dono afferebant uolentes. Crœ
ſum remunerari. ſed eam ſardis non pertulerunt propter alterutram harum quæ fe
runtur cauſarum. Lacedæmonii quidem aiunt hanc pateram cum ferebatur ſardis cū
ſamum appulſi eſſentia ſamiis fuiſſe intereceptam: qui cognita re nauibus iſtos longis
aggreſſi fuere. Ipſi uero ſamii lacædemonios qui pateram portabant ſero uenientes
cum audiſſent Crœſum captum eſſe cum ſardibus illam in ſamo uendidiſſe uiris pri
uatis: qui eam Iunonis templo dedicauere: & illos qui uēdidiſſent ſpartam reuerſos
forſitā dixiſſe a ſamiis ſibi fuiſſe ereptā. De patera ita res ſe habet. Crœſus eluſus ora
culo aduerſus cappadociā exercitus cōparabat ſpe & Cirum & potētiā pſicā euertēdi.

Sādanis

Cui in hac apparāda expeditione occupato: Lydus quidā nomine Sādanis & antehac pro circunſpecto habitus & ob hāc quā dixit ſententiam plus nominis apud lydos cō ſecutus: hunc in modū Crœſo cōſuluit. Aduerſus tales uiros expeditionē paras rex q coriacea ſubligacula: qui e corio reliquā ueſtē ferunt: qui non quibus uolunt cibis ue ſcuntur: ſed quos habent utpote regionem aſperā icolentes. Ad hæc potu nō uini utū tur ſed aquæ: non ficos ad comedēdum nec aliud quicquā boni hñtes. Q uibus cū ni hil ſit qd eripies ſi uiceris. Sin uictus fueris aīaduerte quot bōa amittes ubi guſtaue rint illi noſtra bōa circūſiſtent nos: nec abigi poterūt. Equidē diis habeo gratiā qui nō induxerunt in animum perſis: ut lidos inuaderent. Hæc loeutus non tamen crœſum p ſuaſit. Etenim perſis antequā lidos ſubigerent nihil erat neq; lautum neq; opiparum.

Cappadoces Syri

Porro capadoces a græcis ſiri nominantur: & erant hi ſiri antequam perſæ iperitarent

Halys

ditionis medoꝝ tunc autem Crœſo parebant. Si quidem iperiū medicū ac lidum di ſterminabat fluuius halis: qui ex armeno monte pfluens primum cilicas: dehinc man

Mātieni

tienos qui ſunt ad dexteram: & phrigas qui ſunt ad leuā. tum boreā uerſus tendens ſy ros: cappadoces: paphlagoneſq; interfluit: cappadoces a dextera paphlagōes a ſiniſtra perſtringens. Ita flumen halis cuncta fere ſuperiora aſiæ a mari: quod cipro obnoxium eſt ad euxinum uſq; pontū dirimit dorſum oīs regionis longitudine quinq; diez itine

Aſtiages Ciaxares

ris uiri expediti a luerſus capadociā Crœſus cū exercitu proficiſcebatur: cupidus cum hāc partē ſoli fœcūdi ſuo adiiciendi: tum uel magis fiducia oraculoꝝ Cirum ulciſcendi propter Aſtiagē Ciaxari filium medoꝝ regē affinē ſuū: quē Cirus Cambiſis filius præ lio uictū ceperat. Erat autē Crœſo aſtiages hunc in modū affinis. Apud ſcitas pecuari oſcū eſſet ſeditio caterua quedā eoꝝ ſeceſſit i terrā medicā: qua tēpeſtate medoꝝ tyrā

Phraortes

nus erat Ciaxares Phraortis filius Deiocis nepos: quiſcitas hos tāquā ſupplices in irio bēigne alloquebatur: ac plurimi faciebat: adeo ut pueros eis traderet ibuēdos: tū līgua ſcithica: tū artificio arcus utēdi. Interiecto deīde tēpore cū ſcithæ uēatū aſſidue irēt: & ſemp afferrēt: nōnūq; tñ cōtingebat ut nihil caperēt. Q uos ita reuertētes inanibus.

Ciaxares. C Erat enī cum īgenti tenebatira peracerbus D pbris īſectabatur. Id illi ut ſe indignum a Ciaxare pati non ferentes conſilio habito decreuerūt: ut aliquē eoꝝ pue roꝝ quos docerent trucidarēt: Inſtructumq; ut feras inſtruere conſueuerant: Ciaxa ri offerrēt pinde atq; uenationē. Idq; cum obtuliſſent quam cellerrime ſe ad Aliattē Sa diacis filium ſardis conferrēt: quod & factum ē Nam & Ciaxares & qui aderant conui uæ ex his carnibus guſtauerunt: & ſcithæ perpetrato hoc Aliatte ſe ſupplices prebue runt: quos poſtea repoſcenti Ciaxari q Aliattes reddere abnuerat: bellum inter lidos medoſq; quinquennale conflatum eſt: quo in bello aliquotiens lidi: aliquotiens medi uictores extiterunt & nocturnum quoddam prælium geſſerūt: ſexto anno ſignis colla tis: cum æquo marte certarent ſtante acie contigit ut repēte dies nox efficeretur. Q uā

Thales milēſius

imutationē huius diei futurā Thales mileſius ionibus prædicauerat hunc annū præfi niens: quo immutatio facta ē. Lidi ac medi ubi diem noctеſcere uiderūt: a pugnando

Solis eclipſis

deſtiterunt: eoq; propēſius ad pacē inter ſe conſtituendam feſtinarunt auctoribus cō uentionis Sineſi Cilice: & Labineto babilonio: qui & iuſiurādū itercederet: & reconci liatio affinitate fieret: properarunt deeernētes ab Alyatte Arienam filiam Aſtyagi Cy

Ariena

axaris filio nuptam dandam quoniam ſine uehementi neceſſitate conuentiones ſtabi les iniri non queunt. Ineunt autem hæ gentes fœdera cum cetera ritu græcorum: tum feriendo brachia qua illa humeris connectuntur: ac mutuum ſanguinem delingendo:

Hunc igitur Aſtyagē auū ſuū maternū Cyrus bello uictū tenebat ob eā q̄ i ſequētibus indicabo cauſā. Q uo noīe crœſus ei i fēſus nunquid iferret pīs bellum ad oracula miſe rat: & cū reſpōſum rediſſet haud ſineeꝝ ſeeū facere iterpretās i expeditionē pfectus ē aduerſus quādā perſaꝝ ptē. Atq; ubi ad halim flumē puenit: tunue ut ego qdē fētio pōti bus q nūc ſunt: copias trāſduxit: ut āt græci dictitāt: Thales mileſius traductor extitit Nā cum icertus animi crœſus foret q̄ pte fluminis traiiceret exercitū C nullos dū. n. eo rū fuiſſe ea tēpeſtate pōtes fertur D thales q̄ i his caſtris aderat feciſſe: ut fluuius q ad leuā exercitus fluebat: flueret ēt ad dexterā. Feciſſe āt hūc i modū foſſā paltā exorſus ſupra caſtra ductā in ſpeciē lunæ depreſſit: q̄ caſtra ut erāt metata a tergo āplecteretur In quā cōtraduxiſſet ex piſtrīo alueo fluuiū itez eū ubi exercitus traiectus eēt: i ſuum alueū refūderet. Itaq; cū celerrīe fluuius deductus eēt utrinq; uado meabilis effectus ē. Q uidā, aiunt ueterē oīo exaruiſſe alueū. Cui rei eqdē nō accedo. Q uo. n. mō q rurſū redierunt illum trāſierunt. Crœſus exercitu traiecto uēit i cappadociæ locum q dicitur Pteria oīum eius regiōis tutiſſimū iuxta urbē ſinopē fere ad pōtum exinum ſitā. Hic ſtatiua habēs pdia ſiroꝝ uaſtat: & urbē pterioꝝ expugnat: diripitq; cepit quoq; cūctas circa urbes: ſiros nihil cōmeritos exterminās. Hic Cirus coacto ſuo exercitu ſumptiſq; oībus: qui i medio incolebāt obuiā pgit: miſſis tū anteq̄ exercitum educeret caduceatoribus ad Ionestētandos: ut ad ſe a crœſo deficerēt. Illis abnuētibus pfectus caſtra cō tra crœſum poſuit ibidēq; in regiōe pteria p ſe uterq; alteꝝ lacеſſere. Commiſſaq; acri pugna: & multis utriq; cadētibus ad extremum noctis interuētu dirimunt neutri ui ctores. Atq; hunc in modum duo exercitus dimicauerunt. Crœſus a ſuo exercitu ſeu ſatus q̄ cum Ciri multo maioribus copiis cōfligiſſet: poſtero die cum cirus ipſum ſu pſederet iuadere regreſſus ē ſardis: hñs i aīo euocare ægyptios ex fœdere quoꝝ cum re ge Hamaſi anteq̄ cum lacedæmōiis ſocietatē coierat accerſere ēt babylonios: cum qbus & ipſe fœdus pcuſſerat. Erat āt babilonioꝝ tirānus ea tēpeſtate Labynetus. Denun ciare itē lacedæmōiis: ut ad certā diē preſto eſſent. Hiſq; & ſuis copiis coactis ubi phye mē quieuiſſet: initio ſtati ueris tēdere aduerſus pſas Hæc deſtinās Crœſus abit ſardis: dimiſitq; aduceatores ad ſocios edicēs uti ad quintum mēſem ſardis cōuenirēt. Exerci tum uero q aderat ex militibus conductis: q cum pſis dimicarat: miſſum fecit: ac diſſi pauit: minime credens unq̄ fore ut Cirus qui ſic æquo Marte pugnaſſet: ſardis copias pmoueret. Hæc crœſo ratiocināte oīa ſuburbana colubris impleta ſunt. Q uos ut exi ſtebāt equi inter ambulādum cum ad paſcua irēt comedebant. Id Crœſo cernenti: ut erat: uiſum eſt eſſe portentum. Ideoq; mittendum ad coniecto res telmiſſes. Q ui miſ ſi ſunt ad cōſulendos telmiſſes: ubi accepere reſponſum: didicereq; quid ſibi uellēt: ſigni ficaretq; portentum: non cōtigit ut crœſo renunciarent. Nam priuſq̄ retro ſardis reue herentur: Crœſus eſt captus. Telmiſſes ita cōſueuerant exercitum extremum Crœſo illuc affuturū: qui cum afforet i digenas ſubigeret q̄ dicerent colubrum terræ filium eē equum hoſtem & aduenam. Hæc Telmiſſes Crœſo ſunt interpretati: ſed iam capto nondum tamen gnari eorum quæ circa ſardis ac crœſum erant: Cyrus certior factus Crœſum qui ſtatim poſt prælium apud Pteriam geſtum abſceſſerat conſtituiſſe diſ pergere copias habito comperiebat operæ præcium eſſe quam maturime poſſet pro mouere exercitum: ſardis ut hoſtem priuſquam ille contraheret iterum lydoꝝ copias occuparet. Hoc ubi probauit executus ē: properēq; ducto i lidiā exercitu ipſe nuncius Crœſo aduenit. Vnde Crœſus in magnā ſollicitudinē adductus q̄ præter opinionē: p

Aſtyages Cyrus

Pteria locus Sinope

Labynetus

telmiſſes

Crœſus capitur

terq; expectationē suā se res hērent: tñ lidos ī pliū pduc it lidoꝝ gente ī asia: nulla fuit ea tēpestate nec fortior nec magis strēnua: Ex equisq; pugnabāt equitādi sane pita hastas plongas gestās. Cāpus ī quo cōcursū ē āte urbē lardesem iacet magnus & editus: quē cū alii amnes interfluūt: tum oīum maxius Hermus plaude interruptus: q e mōte hiro matris Dyndimene lapsus ī fundit mari iuxta phociā oppidū. Hic ubi uidit lydos ad pugnādū īstructos Cyrus eoꝝ eqtatū reformidās cōstituit admōitu Harpagi uiri medi ita faciēdū. Coactis oibus q ipsius exercitū sequebant camelis uel frumentū uel uasa portātibus: sarcinas detraxit: uiros īposuit equestri stola īdutos: quibus ornatis pcipit ut pirent cæteras copias aduersus croesi equitatū: peditatū ut hos subsequerētur. Post hūc collocat oēm eqtatū. Postq̄ oēs cōstituit: īpat eis ne cui cæteroꝝ lidoꝝ pcerent: sed quēcunq; occiderēt obsistentē pter ipsum croesum: ne si captus quidē repugnaret. Hæc īperans camelos cōtra equitatū īstruit hac rōne q camelum equus reformidat adeo qdē ut nec speciē eius ītueri nec odorē sentire sustineat. Id iō cōmētus ē ut equitatū croesi quo illese pualitu cōfidebat: iutilē redderet. Simul atq; in pugnā itum ē: equi olfactis ptinus cōspectisq; camelis retro se auertunt. Vnde spes croesi ītriit. Verum nō ptinus lydi ob id exterriti sunt: sed cognita re ab equis desiliunt ac pedites cum plis cōfligunt. Multis tñ aliquādiu utrinq; cadētibus: tandē uertuntur in fugā: muros ingressi a plis obsidebātur. Q uā obsidionē in longius pcessurā ratus croesus alios nūcios e muris mittit ad socios. Nam qui antea dimissi erant hi cōuentum sardis ad quintum mensē indixerāt. Ad hos dimittebat oratum q̄ celerrima auxilia mitti sibi utiq; iā obsesso. Et cum ad alios socios misit: tū uero ad lacedæmōes. Cæteroꝝ pid tēpus & ipsis sparciatis inciderat cum argiuis cōtentio de agro qui dicitur tyria: quē locum & si terræ argolicæ ptem: tñ lacedæmōii intercisum tenebāt. Et enim argiuoꝝ ē quicquid regiōis malea tenus ad occasum uergit in cōtinēte: & insulæ tum aliæ tum uero citheria. Cum ergo argiui suo territorio intercisō auxilium ferrent: ibi ab utrisq; in colloquium uentum est: ut trecēi utrinq; dimicarēt: & ubi supiores extitissent: eoꝝ regio foret atq; ambo exercitus i suā uterq; terrā discederent: nec pmanerēt dum dimicaretur ea scilicet cā ne si adessent pti succumbenti auxilium sui ferrēt. His cōuentis in diuersa digrediūtur. Ex utrisq; delecti uiri qui relicti sunt cōflixerunt: atq; illa quidē ut æquo marte pugnantibus: ex sexcentis tres oīno reliqui fuerit: & id nostis interuentu: ex argiuis duo Alcenor & Chromius: q tanq̄ uictores Argos cursu contenderunt. ex lacedæmoniis unus Othryades: qui spoliatis argiuoꝝ cadaueribus eoꝝ arma ad suoꝝ castra detulit & se in suo ordine tenuit. Postero die utriq; re audita affuerunt: sibiq; uictoriā uindicabāt: argiui quidē q suoꝝ plures superfuissent: dicentes: Lacedæmōii uero q eoꝝ qui supererāt illi fugissent suus pstitisset: & hostium cæsos spoliasset: ex cōtentione tandē cōcurrētes pugnant: ac postq̄ per multi utrinq; ceciderunt: lacedæmonii uincunt: Q uo ex tempore argiui tonsis capitibus cum antea criniti essent necessario legem cōdiderunt se de uouentes ne prius comam alerent: neue mulieres aurum ferrent q̄ thyreas recuperasset. His e diuerso legem tulere lacedæmoii ī posterum comati essent cum antehac non fuissent. Othriadem qui unus e trecentis delectus reliquus fuisset: aiunt pudore spartam reuertendi ob socios interfectos illic apud thireas mortē sibi cōsciuisse. Cum hæc esset apud spartiatas reꝝ conditio aduenit caduceator precatum Croeso obsesso auxilia. Illi caduceatore audito statuerunt croeso statim succurrēdum: quibus iā se apparātibus: ac nauibus paratis alius effertur nūcius murū lidoꝝ expugnatum: Croesumq;

Hermus fluuius
Hirmus mons
Phocia
Harpagus
camelus
Equus
Tyria agri
Argiuorū ager
Alcenor
Cromius
Othryades
argiuorū tonsura
Thireæ
Lacedæmonum coma

uium esse captū. Sic lacedæmonii magnose effectos detrimēto rati supsederūt. Sardis ât ī hūc modum sunt expugnatæ. Q uartodecio q̄ obsideri cœptæ sunt die cirus missis passim eqtibus pſuas copias edicit se dona datuꝝ ei q primus muros cōscendisset. Postea q̄ id conato exercitu res non processit: ibi qescētibus cæteris Mardus qdā: cui nomen erat Hyrciades: id aggredi est ausus a pte arcis: ubi nullus ad excubā dū erat collocatus: qa illīc neq̄ urbs caperet: had suspectū erat: utpote loco ꝑrupto atq; īexpugnabili. q̄ pte solum ne leonē qdem meles primus sardius rex circuntulerat ex pellice sua genitū: q Leo q̄cūq; pte muroꝝ circūlatus eēt ex ea pte sardes īexpugnabiles fore tel misses iudicauerāt. Eū Meles p ceterā ptē muroꝝ circunduxit: qua cunq; poterat arx oppugnari: p hāc ptē tāq̄ īoppugnabilē atq; ꝑcīsam circūducere ꝑtermisit: q̄ ad Thmolū fluuiū uergit. Ab hac igitur pte hirceades ipse Mardus cōspicatus quendā lydū pridie descēdisse ad recipiēdā galeā illuc duolutā aduertit aīum atq; cōsiderauit: dehīc ipse cōscēdit. & post eū alii pſæ: subīde atq; alii freq̄ntes. Ita urbs sardis capta ē atq; oīs direpta. Circa ipm āt croesū hoc cōtigit. Erat ei filius cuius superius habui mētionē habilis ad cætera: sed mutus. In cuius uitiū emēdādū croesus p uiribus oīa fecerat: cū alia excogitādo: tū uero delphos mittēdo ad oraculū sciscitādū atq; ei Pythia talibus respōdit. Lydegēus rex multoꝝ ualde īscie Croese. Nec cura gnati exoptatā audisse loquētis. Intra ædes uocē sine q̄ potior tibi lōge ille die quoniā primū īfœlice loqtur. Captis mœnibus qdā pses ī croesum sibi ignotū ut occisurus uadebat. Q uē iuadētē se croesus cū uideret: tñ pñti clade affectus deuitare negligebat: nihil putās differre: an percussus oppeteret mortē an nō. Id ubi filius eius mutus aspexit timens pri erupit in uocem īquiens. Homōe pimas croesum: atq; hoc ille primum effatus: postmodū p oē uitæ tempus uocalis extitit. Persæ & sardibus potiri sunt: & Croeso uiuo cū regnasset ānos quatuordecī. totidēq; dies fuisset obsessus: misso magno imperio: ut ei fuerat respōsum. Eū captum pſæ ad Cirū pduxerūt quē ille uictū cōpedibus super ingentem quā struxerat lignorum struem impōit circaq; cum bis septem lidorum filios siue habens in animo primicias has alicui deo offerre: siue uolens uotū psoluere: siue cupidus sciendi num qs dæmonum liberaret Croesum: quem religiosum eē audierat: quo minus piræ impositus uiuus cōcremaretur. Hæc quidē Cirꝝ fecisse aiunt. Croeso āt super piram stāti & si in tanta calamitate posito: tamen uenisse in mentem Solōis quod ab eo sibi nutu dei fuisset dictum ex uiuentibus beatum eē neminem. Q uod dictū ubi subiit Croeso fuerūt eum ex uehementi defectione aī uictum ingemiscentem ter Solonem nominasse: & cirꝝ cum audisset iussisse īterpretes eum perconctari quēnā inuocaret: Illosq; accedentes fuisse perconctatos. & hunc īterrogatū tñ silentium egisse. Deīde cum loqui cogeretur dixisse. Illum nominaui qui ut oēs tyrānos alloqueretur: ego q̄ ingentē pecuniā præoptarem. Eū nō plane loquenti rursus interrogat quodnam esset quod dixisset efflagitantibus atq; īfestantibus interrogatione inquit quemadmodū Solon qui esset athenīensis ad ipsum a principio uenisset: & ītuitus omnes eius opes corā ꝑ nihilo duxisset. Adeo q de ipso dixerat: ea oīa euenisse: neq; hæc magis de seipso q̄ de omni hominum genere: & de his præsertī qui sibiipsis beati uiderentur. Hæc Croeso referēte iam pira incensa ardere extrema cepisse & Cirum auditis per interpretem q̄ Croesus dixisset: penituisse: cū se quoq; hominem esse cognosceret: qui alium hominem qui se inferior non fuisset opibus uiuum rogo traderet. Præterea uetitum ob id penam: ac reputātē nihil eē rebus hūanis stabile iuſ-

Sardis expugnantur
Mardus Hyrceades
Meles Rex leo excōcubina. thmolus fluuius
Cresi filius mutus loquitur
Cresus capitur cresi regnum
Croesus ī Pira. Solona croeso nominatus

Croesus uixit apollinis imbre

Bellum Pax Croesus apud cirũ degens

Sors fatodestinata

sisse ignẽ celerrime extingui iã incensum. Croesumq; depõi: & quæ circa eum erãt. Verũ eos qui ignẽ iã conabantur extinguere nõ eualuisse. Ibi croesum cognita plydos cyri pœnitentia cũ cerneret unũquẽq; extinguẽdo deuoluẽdoq; igni incũbẽtẽ: nihil tamẽ profici exclamãdo inuocasse apollinẽ: ut ipsi adesset si quod ab eo donũ illi gratum fuisset oblatũ: ipsumq; presenti malo liberaret. ita cũ lachrymis Croeso deũ inuocãte nibos repẽte cũ serenũ ac trãquillũ esset cõfractos esse: ibresq; erupisse: ac uehemẽtissima aq; pluisse: & rogũ extixisse. ita cyrũ cognito deorũ cultorẽ ac bonum uiꝝ eẽ Croesũ epyra deposuisse: atq; hunc i modũ interrogasse. Croese quisnã te hoium persuasit: ut cũ exercitu inuaderes terrã meã ex amico factus hostis. Cui croesus. Ego iquit rex istud feci tuo prospero meo infausto fato græcorum deo auctore: qui me ad bellum tibi inferendum impulit. Neq; enim quispiam ita amẽs ẽ: ut bellum q̃ pacem preoptet. Nã in pace filii patres in bello patres filios sepeliunt. Sed ut ista fierent: dæmoni cordi fuit. Hæc croesus locutus est quem Cirus solutũ iuxta se collocauit: ac multa sane obseruãtia habebat: intuensq; eum admirabatur tã ipse q̃ omnis circa cœtus. Ille cogitabundus silentium tenebat. Mox conuersus ac cernens persas lidorum diripientes urbem Vtrum debeo inquit rex tibi loqui quod sentio: an tacere hoc tempore. Cirus cum uero quæcunq; liberet audacter proloqui iussit. Tunc ille cirum perconctatur quidnam inquiens tanta frequentia properat agere. Cui Cirus. Tuam inquit urbem diripere: tuasq; opes absumere. Atqui Croesus excipit: neq; urbem meam diripis: neque meas opes. Nihil enim mihi iam cum istis rebus est: sed tua ferũt agũtq;. His uerbis iniecta cura cirus Croesum semotis arbitris interrogat quidnam in his quæ fierent sibi constituendum censeret. Ad quem Croesus quoniam medii feruum tibi tradiderunt: iure debeo si quid amplius animaduerto id tibi indicare. Persæ ait natura proterua sunt & iidem inopes. Q uosi diripientes tu ac potiẽtes magnis opibus negligis. id tibi ex hoc credibile esse euenturum. Vt quisq; istorum plurimis opibus potietur ita maxime i te rebellaturum esse expectandum. Nunc igitur si tibi placent hæc quæ ego dico ita facito. Siste ad singulas portas aliquot ex tuis satelitibus custodes: q uetẽt exportari opes ut earum decimæ ioui necessario reddantur. Ita neq; tu odiũ illorum cõtrahes ui opes eripiendo: & ipsi agnoscentes se iusta agere non inuiti facient. Hæc audiens Cyrus maiorem in modum gauisus & tali admonitu: eaq; uehementer approbauit: & iussis satelitibus id exequi quod Croesus ipsi subiecisset: his uerbis eum affatus ẽ. Croese quãdo quidem & facta & dicta tua egregia uiri regis sunt: pete quid muneris a me uelis i præsentiarum tibi dari. Ad quem Croesus. Here inquit sine me gratum eẽ erga deum græcoꝝ: quem ego maxime omnium ueneratus sum: ut missis ad eum his uinculis pconcter nunquid ei fas sit bene dese ipso merẽtes decipere. Et ciro interroganti quidnã id esset qd̃ icusaret altius repetẽs omnẽ suũ aperuit animũ: redditaq; sibi oracula & præcipue donaria sua: quibus rebus fretus suscepisset aduersus psas expeditionẽ. Hæc cõmemorãdo rediit rursus ad petendam ueniam ob id deo exprobrandi. Ad quem ridẽs Cirus & hoc inquit Croese a me ipetrabis: & quicquid aliud atq; id quotiens tibi opus erit. Vbi hæc audiuit Croesus delphos misit quosdã lydoꝝ iussos cum ad limen tẽpli uicula deposuissent: sciscitari deũ nũquid eũ puderet ob oracula: qbus iduxisset ad bellum Persis iferrẽdum tanquã ciri potẽtiã euersurum. Vnde tales primitiæ offerẽtur cõpedes. s. ol tẽdẽdo: sciscitari cũ hæc tũ nũqd græcis diis foret fas eẽ igratis. Lidis illuc profectis & hæc mãdata executis Pythia fertur ita respõdisse. Sortem fato destinatã

Cyrus mulus Cyri genus Lidorum Numus argẽteus Caupones Alea Tesseræ Pilæ ludus Cyri historia Deioces Phraortes Medie nationes Busæ Parecõtæni Struchates Arizanti Budi Magi Ciaxares Militiæ ordo

defugere deo quoq; est impossibile. Croesus quintæ retro ætatis trimẽ luit: hoc ẽ abaui qui cũ esset satelles heraclidarum muliebri dolo inductus dominũ interemit. Illiusq; dignitate potitus est nihil ad ipsum ptinente. Verũ apollo cũ studuerit ut hec sardiũ clades circa liberos Croesi: non circa Croesum contingeret. tamẽ transferre fata nõ potuit: sed quatenus illa pmiserũt annixus est atq; ei gratiam rettulit: utpote dilata sardiũ expugnatione tres annos: & hoc Croesus discat tribus annis q̃ fata destinarãt. seriusse fuisse captũ: secũdo loco q; ipsa ardenti opẽ tulit. Nam quod ad oraculũ pertinet haud recte Croesus incusat: quoniã Apollo predixit eum esse magnũ imperiũ si bellũ persis inferret euersurũ: de qua re ipsum cõsultare uolẽtẽ decuerat mittere scisciatũ: utrũ ipsius Apollo diceret imperiũ: an Cyri. Sed quod dictum erat nec considerans nec iterrogans sibi ipsi acceptũ referat. Q uod autem ultimo responso ait Apollinẽ dixisse de Mulo: ne hoc quidem discussit. Nam mulus hic Cyrus erat: quippe qui duabus ex gẽtibus ortus ẽ generosiore matre q̃ patre. Nã illa qdẽ meda erat astyagis medoꝝ regis filia. Hic ãt persis & medis subiectus & licet oium infimus: tamẽ dominã suã in matrimonium duxit. Hæc lydis pythia respondit quæ illi sardis reuersi Croeso renũciarunt. Q uibus auditis Croesus suã ipsius agnouit culpã eẽ nõ dei. De croesi iperio: & pria loniæ subactione ita res habẽt. Porro lydia quod scribitur nihil sane admirãdũ hẽt put uenta alie regiones præter auri ramẽta & thmolo proueniẽtes. Nã lidi primi dũtaxat eoꝝ hominũ quos scimus nũmũ aureũ argẽteũq; ad utẽ ũ pcusserũt: ac primi caupones istoresq; extiterũt. lidẽ ut & ipsi aiũt & a græcis ferũtur excogitauerũt aleæ tesserarũq; ludum & pilæ & cætera genera lusoria præter q̃ talaria. Et lidi quidẽ a psis subacti sunt.

h

Inc autẽ exequetur oratio Cyrũ: q Croesi euertit iperiũ quisnã fuit ac psas qui asiã subegerũt. Igitur quẽadmodũ quidã pfas memorant: nõ quires ciri ĩsignire: sed prout ille se habẽt referre studẽt: ita ego cõscribã: gnarus trifarias alias ẽt uias esse narrãdi de Ciro. Fuit apud medos uir sapiens cui nomẽ erat Deioces filius Phraortis. qui propter suam æquitatem: medorũ extitit rex: Huic medi id præstiterũt. Ingẽtia extruxerũt edificia: quos uellet ex omnibus medis satellites sibi deligere pmiserunt: nec cui potestas fieret regis adeundi: sed ad oĩa internunciis utendi. Nemini præterea coram illo aut ridendi aut spuendi: id omnibus factu deforme esse. Hæc circa illum ideo faciunt: ne eum cernẽtes æquales & una cum eo educati egregii uiri atq; præstãtes indoleant & insidiẽtur. Deioces solam medicã subegit nationẽ: eiq; soli imperauit. Cuius nationes tot numero gẽtes sunt: busæ: parecontacæni: struchates: arizanti: budi: magi: Tot sunt in media gẽtes. Deioce defuncto qui annos tres & quinquaginta regnauit: filius eius Phraortes suscepit iperium quo solo nõ contentus bellum ante oẽs intulit persis eosq; primus in potestatẽ in medorum redegit. Q uibus nationibus potitus ualida utraq; mox asiã subegit: aliam deinceps atq; aliam inuadendo gentem donec ad assirios oppugnãdos peruenit ad eos assyrios qui Ninũ incolebant quõdam oĩum principes: sed tunc a sociis per defectiõem desertos alioquin per se bene habentes. Aduersus hos expeditione sumpta phraortes secũdo ac uicesimo q̃ regno potitus est anno: cum plæraq; exercitus parte periit. Post obitum eius Ciaxares filius Deiocis nepos successit: qui dicitur multo quã maiores sui fuisse præstantior. & primus asiæ populos in prouincias distinxisse: primusq; ĩ suum quesq; ordinem distribuisse: hastatos: sagittarios equites: cum prius omnia promiscua fuissent atq; implicita. Hic & cũ lidis prælium fecit: quod prælium cum fieret dies nox es-

Astia ges rex Astyag s somniū

fecta est: & omnem trans halym flumen asiam sibi subiecit. Postq annos regni sui q̄ draginta defunctus est. Cuius regnum suscepit astyages filius. Hic filiam sustulit: appellauitq eam Mandanē. Q uæ uisa est ei per quietem tantum urine facere: ut omnē ipsius urbē oppeleret atq uniuersam asiā inūdaret. Q uod sōnium cū magis sōniorū interpretibus exposuisset: conterritus est singula queq ab illis edoctus. Idecq uisū hoc reformidans Mandanen iam uiro maturam nulli medorū: qui ea dignus esse traden dam statuit: sed persæ cuidam nomine Cambysi: quem compertum habebat familia quidē bona ortum. Ceterum ingenio sedato gerentēq se multo infra mediocris me di alicuius conditionem. Eodem quo Gambisi collocauerāt filiam anno uisionē alte ram uidit. Videbatur ei ex genitalibus filie uitis enasci: quæ omnem occuparet asiā. Q uod uisum cum rettulisset ad interpretes sōnioꝝ filiā iam pregnantem: & partui uicinam ex persis accersit eiq cum uenisset custodiam apponit uolens quod illa edi disset interimere. Etenim magi somniorum interpretes uisionem illam protēdere di cebāt Astyagi prolem filie pro ipso regnaturā. Hoc igitur obseruās Astiages ubi ge

Harpa gus

nitus est Cirus: accito Harpago familiari suo, & inter medos fidissimo atq oium rerū suaꝝ procuratori hec inquit. Harpage negociū quod tibi iniungo caue pretermittas aut ullo modo exequi supersedes neue cōmittas: aut alios preponēdo postea tibi ipsi

Cyrus morti dest̄iatus

perniciem crees: Capito quem Mandane peperit puerum: in domūq tuā ferto: atq occidito: postmodū quoquo modo uoles ipse sepelito. Cui respondit ille neq alias un quā rex huic uiro rē iniunxisti ingratam: & in posterum dabimus operam ne quid in te delinquamus. Q uod si tibi cordi ē hoc ita fieri: mea interest id idustrie exeq. Hæc cū respōdisset Harpagus: eiq puer traditus esset ornatus ad necē cōtulit se do mū flēs adiensq uxorem refert omnem habitum secum ab astiage sermonem. Ad quē uxor: Q uid igitur inquit facere tibi in animo est. Ego uero respōdet uir quāquā Astiages mādauit: etiam si desipiet peiusq insaniet q̄ nunc insanit: non tamen eius uoluntati pa rebo: neq ad hāc necem obsequar: idq multis de causis: tū q puer ipsi mihi cognatus ē: tum q Astiages grandis natu est: & uirili prole orbus quo defuncto si tirannis ad eius peruētura est filiam: cuius nunc filium per me interimit: quid aliud restat hīc mi hi q̄ periculum maximū? Enimuero tutelæ meæ causa expedit hūc puerū interire: sed per aliquem ipsius Astiagis: non per aliquem meorū. Hæc locutus e uestigio nunciū

Mitrida tes pastor Cynoser ua.

mittit ad bubulcum Astiagis: quem norat pascuorum maxime idoneoꝝ & mōtiū fe ris frequētissimorum esse gnarissimū: cui nomē erat Mitradates: cuius contuberna lis & eadē cōserua erat nomine Cino greca lingua: idest canis medica Spaco. Nā canē

Spaco .i. canis

medispaca appellāt. Vbi boū pascua ille habebat: mōtiūq radices erāt aduētū boreā ac batanorū: & ad pontū euxinū. Hoc enim tractu ad sapiros uergente Media sane mon tuosa est: & edita, ac nemoribus frequens: reliqua uero tota admodū plana. Hic itaq accersitus propere cum uenisset: inquit ad eum Harpagus. Iubet te astiages hunc ca pere infantem: quē in desertissimo montiū exponas ut celerrime pereat: & hæc ut tibi dicerem mihi iniunxit: & nisi hūc īteremeris: ulloq pacto seruaueris: pessimo exitio te occubiturum. Cui expositioni infantis inspector ego præpositus sum. Hæc ubi audi uit bubulcus sumpto īfante rediit qua uenerat ad bouile suum. Ei dum ī urbē abiit uxor sua: q̄ erat prægnās per totam diem parturiens e uolūtate dæmoniis enixa ē filiū ita ambo in mutua sollicitudine erant. Vir de partu uxoris timidus. Illa de uiro quem preter eōsuetudinē Harpagus accersisset. Vbi reuersus affuit eū uxor utpote ex inspe-

rato cernens prior interrogauit quid ita exacte ipsū Harpagus accersisset. Cui ille uxor īquit profectus ego ī urbē & uidi & audiui quod nec uisum oportuit: nec agi circa do minos nostros. Harpagi domus oīs luctu tenebatur. In quā ego perterrefactus simu latq introii: uideo infantulum palpitantem: uagientemq: auro ac distincta ueste orna tum. Eum harpagus ubi me uidit iussit celerrime sumere: atq absportare: in efferatis simum montem ubi exponam: dicens Astiagem esse qui hæc mihi iūgeret magnope miatus nisi ea perpetrassem. Ego acceptum puerum attuli ratus alicuius illū domesti coꝝ esse nō autem illius generis. Admirabar tñ q uiderem auro uestibusq ornatum. Præterea q planctus exercebatur in harpagi domo. At qui inter uiam ex omni oratiōe famuli: qui me extra urbem deduxit: mihiq infantem tradidit: percepi eū Mandanes Astiagis natæ & cambysis Cyro geniti esse filium: & ab astiage iussum interfici: atq is Cābyses hic est. Hæc loquens bubulcus pueꝝ detexit atq ostēdit quē illa intuita procerū ac spe cios um: genua uiri cū lachrymis amplectitur: obsecrat ne qua ratione pueꝝ exponat. Hic negare aliter ista fieri posse: superuenturos enim ab harpago speculatores ad rem explorandā: seq nisi id exequatur miserrime periturum. Mulier ubi uirum nō persua det: quandoquidem inquit te nequeo īducere: quod secundum ē facito: si modo neces sitas prorsus est aspici puerum dum exponitur: quoniā ego queq peperi: Peperi autē mortuū. Ferto hunc & istum ex astiagis filia tanq̄ ex nobis genitū alamus: Ita neq tu iniurius in dnos eē deprehēderis neq nobis male cōsuluerimus. Nam & hic qui obiit regale sepulchrum nanciscetur: & iste qui superest animam non amittet. Sane q̄ cōmo de uisa est bubulco mulier loqui ex præsenti conditione: atq ita cōtinuo esse faciendū. Cirus ex Igitur quem necaturus attulerat eum uxori tradidit: suum autē qui mortuus erat su mēs collocauit ī eo uase: ī quo alteꝝ portauerat. Ominiq alterius pueri cultu ornatum ponēdus nutritur baiulās in uastissimo montiū exposuit: triduoq post pueri expositiōem: relicto quodā occulte pecuario pro se illic uicario ī urbem se contulit: & ad domum harpagi: aitq se se para tum illi ostendere pueri cadauer. Harpagus missis suorum satellitum fidelissimis rē p eos inspexit: ac bubulci filiū sepeliuit. Et hic quidē īfans humatus est. Alteꝝ uero qui postea Cyrus appellatus ē mulier sibi sumptū educauit īposito illi nomīe bubulci: alio scilicet q̄ Cyro. Q uæ posteaq̄ decēnis extitit: huiusmodi rem quæ illi contigit palā fe cit. Ludebat in hoc pago ubi bouilia illa erant: & ludebat cum æqualibus ī uia: quem Cyrus interludēdū cæteri pueri cum pro rege sibi elegissent cognominatum bubulci filiū ipse rex pue eos munis distīguebat. Vt alii de moꝝ structores essent. Alii satellites: alius ut oculus rorum regis: alius mandatoꝝ renūciator: suū singulis honorē munusq assignans. Horū pue rorū quidam collusor Artembaris filius erat: uiri īter medos spectati: quē Cyrus q̄ im Artem perata non feciſſet: iussit ab aliis pueris cōprehendi: & cū illi paruissent: multis uerberi bares bus affecit. Q uæ puer tanq̄ se indigna passus iniquissimo animo ferens: ubi primū di missus est ī urbem ad patrē perrexit: & quæ a Cyro pertulisset conquerebatur: nō tamen Cyrum nominans C nondū enim eius hoc erat nomē D sed filiū bubulci Astiagis. Ar tembares ut erat ira percitus ad astiagem ducēs filiū secum cōtendit: & rem intolleran dam passum esse īquiens: eiusq humores ostendens: siccine indigne ait accipimur rex a filio bubulci serui tui? Audiens hæc atq cernēs Astiages uolēs uleisci puerū Artēba tis honoris gratia: iussit accersi bubulcum & filiū: qui cum ambo affuissent: ītuens in Cyrum Astiages tu ne īquit hoc tali patre genitus ausus es huius filium uiri apud me primarii tam īdignis concidere uerberibus? Cui ille istud inquit here huic ego iure feci

Pueri enim pagani quorũ hic unus erat me regẽ ſuum Indentes cõſtituerant:quippe qui uidebar eis ad hoc maxime eſſe idoneus.At iſte cum cæteri pueri iuſſis obtẽpera rent audiens dicto eſſe nolebat:ac me nihili faciebat:propter quod pœnas dedit.Q d ſi ego propterea ullo malo ſum dignus.hic tibi præſto ſum.Hæc loquẽte puero ſubiit Aſtyagi agnitio eius:uiſaq; eſt figuras oris inferre ac repræſentare ipſũ:& geſtus eẽ liberalior:& tẽpus expoſitionis cum pueri ætate congruere.Hic perculſus Aſtyages ali quandiu ſine uoce manſit.Vixq; tandem ad ſe reuerſus uolens a ſe Artembarẽ dimittere:ut bubulcũ ſummotis arbitris rimaretur.Ego inquit Artembares efficiã ut filius quoq; tuus ob hoc nil conqueri poſſit:dimiſſo artembare:& eius iuſſo p famulos Cyro introducto bubulcũ:qui ſolus erat relictus pconctatur unde puerꝫ accepiſſet:quis ue ei tradidiſſet.Illẽ ex ipſo genitũ reſpõdere:& genitricẽ eius apud ſe eſſe.Aſtyages.di cere nõ bene ſibi illũ conſuluiſſe:qui cuperet ad ingentes deuenire neceſſitates:ſimulq; hæc dicens ſatellitibus ſignificauit ut caperẽt ipſum.Hic autem cum ad neceſſitates ad ducereturrem uti erat promit:ab inicioq; exorſus uera referẽdo deuẽit ad præceps pe tendamq; ſibi ueniã iubẽs ut eum haberet bubulco ueritatem elocuto:Aſtiages pauciora iam uerba fecit:Cæterum cui ualde ſuccenſebat Harpagum uocẽt ſatellitibus iubet:Q uem ubi affuit perconctatur Aſtiages.Harpage qua nece interemiſti quẽ tibi tradidi puerũ e filia mea genitum.Harpagus ut uidit paſtorem intereſſe noluit tergiuerſari mendacio ne argumentis conuinceretur:ſed ita reſpondit. Ego poſteaquam infantem accepi rex cogitaui quo pacto ex animi tui ſententia facerem:& tamen cum apud te innoxius extitiſſem:ne forem aut filiæ tuæ:aut tibi ipſi carnifex:eoq; ita ſtatui agendum. Acceſſito huic bubulco infantem tradidi inquiens te eſſe qui iuberes illum interficiin quo dicendo mentitus non ſum. Tu enim ita præcepiſti. At que huic dum puerum trado ex tuo præcepto iuſſi exponeret in deſerto mõte:perſtaretq; in eo obſeruando tãtiſper dum expiraſſet cõminatus iſti extrema quæq; niſi hæc effecta reddidiſſet. Vbi hic fecit imperata & infans obiit miſſis eunuchoꝝ fidiſſimis rem cognouiiper eoſdemq; mortuum ſepeliui.Ita res habet rex atq; hac morte defunctus ẽ puer:& Harpagus quidem directã habuit orationẽ. Aſtyages autẽ diſſimulata qua illi ifenſus erat cauſa ob id quod contigerat primum rem ei renarrat quemadmodum ipſe a bubulco audiſſet.Deinde ea narrata ea deuenit loquẽdo qd puer uiueret:& bene haberet:quia ſic actum eſſet:Namq; ex hoc iquit quod geſtum erat circa puerum ægro ualde animo fui:& a filia mea inſimulatus haud leuiter tuli.Igitur in bonũ conuerſa fortuna mittito filium tuum ad pueꝝ hunc:qui recens uenit.Præterea deſtino pro liberatiõe eius diis immolare:quibus hic honor debetur:tu mihi adeſto ad cœnam.Harpagus cum hæc audiſſet adorato rege:ac ſibi maiorem in modũ gratulatus quod peccatum ſuum commode ceſſiſſet:& ultra bonã fortunã:ad cõuiuium uocaretur:domum abiit.Q uã ingreſus properãter filium:qui ipſi unicus erat tredecim ferme natum annos mittit ad domum Aſtiagis iubens exequi quæcunq; ille imperaret. Ipſe geſtiens quid ſibi ſucceſſiſſet uxori exponit:Eius filium ubi aduenit Aſtiages mactat:cõciſumq; membratim:& partim aſſum partim elixũ:ubi eſculentum effecit:paratũ habuit dehincſub horam cœnæ:poſtquã affuerunt cum cæteri conuiuæ:tum uero Harpagus.conuiuis quidem aliis atq; ipſi Aſtiagi menſæ appoſitæ ſunt ouilla refertæ carne.Harpago autem carne filii ſui præter caput atq; extrema manũ pedũq; cætera omnia.Nã ea in caniſtro operta ſeparatim repoſita erãt.Eũ poſtquã ſatis depaſtum

tyri recognitio apud aſtiagem

Harpagus alloquitur aſtiagẽ de Cyro expoſito

Harpagus filiũ comeſt.

illo cibo putauit.Aſtyages interrogat nunquid ſit illis oblectatus epulis.Se uero ſane oblectatum dicẽti Harpago:hi quibus negocium erat datum afferunt caput filii cum extremis manuum pedumq; uelatum:aſſiſtentesq; iubent detegere ac ſumere qd uellet ex eis Harpagus obtemperans ubi detexit cernit reliquias filii.Non tamẽ eo ſpectaculo conſternatus eſt:ſed apud ſeipſum fuit.Et perconctanti Aſtiagi nũquid agnoſceret cuius feræ carne paſtus eſſet ſe agnoſcere reſpondit:ſibiq; quicquid rex ageret placere.Hoc reddito reſponſo receptiſq; reliquiis carnium domũ abiit:eas Cut ego opinor illinc collectas humaturus.Hac ultione aſtiages harpagũ proſecutus eſt.Idem de Cyro deliberãs eoſdem ex magis accerſiuit qui fuerãt ipſi iuſomnium interpretati.Poſtq; uenerunt ſciſcitatur eos quid cenſeãt de uiſione ſibi agendum.Illi neceſſario fore inquiunt:ut puer ſi ſuperſtes eſſet:nec hactenus periiſſet regnaret.Atqui puer & uiuit & ícolumis eſt aſtiages excipit:& cum ipſum ruri agentem pueri eius pagi regem delegiſſent:quæ faciũt quire uera ſunt reges:ea omnia hic fecit.Nam ſatellitibus ianitoribus internũciis ac cæteris muniis iſtitutis imperium exercuit:quæ uobis quonã uidẽtur ſpectare.Si ſupereſt puer magi reſpondent:atq; regnauit nulla ex prouidentia cõfidito ob id:ac bonum habeto animum:Iam non eum regnaturum iterum.Nam quædam uaticinationes noſtræ in exigua reciderunt:& uelut inſomnia in imbecillum quiddam tandem redactæ ſunt.Ego inquit Aſtiages reſpõdens iſti ueſtræ magi fere ſum ſentẽtiæ me ſomno eſſe defunctum puero iam rege nominato:nihilque mihi amplius eũ eſſe reformidandum.Vos tamen probe conſiderantes quænam futura ſint:& meæ domui & uobis tutiſſima conſulite.Ad hæc magi noſtra etiam rex inquiunt magni intereſt tuum ſtare principatum:quiſi immutetur:& ad hũc puerum qui perſa eſt trãſeat:nos quoq; qui medi ſumus ſeruitutem redigemur apud perſas:& extranei nullius erimus præcii.Te uero regnãte cuius populares ſumus tum ex parte imperamus:tũ magnos apud te honores optinemus.Q uo magis per nos & tibi & regno tuo proſpiciẽdum eſt:& nunc ſi quid cernemus:quod timendum eſſet:tibi aperiemus. Verum cum in rem friuolam nunc euaſerit ſomnium & ipſi confidemus:& te itidem confidere iubemus:& hunc oblegare puerum ab oculis tuis in perſidem ad parentes. His auditis Aſtiages gauiſus eſt.Accitoque Cyro hæc inquit.Filicum ego propter quandam haud ſanam ſomnii uiſionem in te fuiſſem iniurius:tuo tamen ipſius fato ſuperſtes es.Nunc itaq; lætus ad perſas ito cum his quos ad te deducendum mittã. Eo perueniens parentes tuos offendes patrem nõ qualis Mitradates bubulcus:& matrẽ nõ qualis uxor eius.Hæc locutus Aſtiages Cirum dimittit:quem ad domum Cãbiſis reuerſum acceperunt ſui parentes:& audita re uæhementer amplexi ſunt:ut quem ſtatim mortem obiiſſe crediderant.Sciſcitabantur quonam modo ſuperſtes eſſet Hic ſe uero ait eos antea non nouiſſe:& ob id maxime erraſſe:inter uiam tamen omne ſuũ infortunium audiſſe:credidiſſe eum ſe bubulci Aſtiagis eſſe filium.Verũ in illo itinere omnem rem geſtam ab his qui ipſum deduxerant.accepiſſe.Commemorabat autẽ ſe ab uxore bubulci fuiſſe educatum ſemper eã laudibus proſequens ita ut omni eius ſermone eẽt ciro.Q d nomẽ accipiẽtes eius pẽtes ut diuinius uideretur pſis filius ſuus fuiſſe ſeruatus:diuulgauerunt a cane cirũ cũ eſſet poſitus fuiſſe educatum.Vnde hæc fabula emanauit.Cyrus ubi ĩ uirilem adoleuit ætatẽ:& inter æquales uiriliſſimus euaſit:& idem dilectiſſimus:conſtituit Harpagus ad eum dona mittere Aſtiages ulciſcẽdi cupidus.Nam perſeſe qui priuatus eſſet:non uidebat futuram de Aſtiage uindictam:

Cyrus ad parentes mittitur

Mitradates Bubulcus

Cyrus a cane educatus cur

sputare. sed factā quod institui: & quod nō necesse ē: cōfitebor & interrogatꝰ ab emiliano respōdebo. Interrogas Emiliane quid in sudario habuerim. At q̄q̄ oīno positū illū sudariū meū in bibliotheca pontiani possim negare tū maxime fuisse concedā: eū habeā dicere: nihil in eos fuisse quæ si dicā neq; testimonio aliquo neq; argumēto reuincar: nemo enī qui attingerit: est unus libertus ut ait q̄ uiderit: tū inq̄ per me licet fuerit repertissimum: sic enī si uis arbitrare: ut olim Vlyxi socii thesauꝝ reppisse arbitrati sūt: cū utrē uentosissimū manticularentur. Vis dicā cuiusmodi illas res in sudario obuolutas: laribus Pontiani cōmendarim. Mox tibi geretur: sacroꝝ pleraq; initia in græcia pticipaui. Eoꝝ quædā signa & monumēta tradita mihi a sacerdotibus sedulo conseruo. nihil insolitū. nihil cognitū dico. uel unius liberi patris symmystæ quiadestis: sciti: quid domi conditū cælestis & absq; oibus prophanis tacite ueneremini. At ego ut dixi multiiuga sacra & plurimos ritus. uarias cerimonias. studio ueri & officio erga deos. didici. Nūc hoc ad tempus cōpono. sed abhinc ferme triennīū ē: cū primis diebus. quibus aeeam uenerā publice differens de Aesculapii maiestate. eadē ista pre me tuli. & quod sacra nossem percensui. Ea disputatio celebratissima ē uulgo legitur in oīum manibus uersatur non tam facundia mea q̄ mentione ęsculapii religiosis accēsibus cōmendata. dicite aliqui. siq forte meminit. huius loci principiū. Audis ne Maxime multos suggerentis. imo eriā ecce liber offertur. recitari ipsa hæc iubebo quoniā ostendis humanissimo uultu. auditione te ista nō grauari. Etiam ne cuiq̄ mirū uideri potest. cui sit ulla memoria religionis. hominē tot mysteriis deum conscium: quædā sacrorum crepundia domi adseruare. atq; ea lineo texto inuoluere quod purissimum est rebus diuinis uelamentum quippe lana segnissimi corporis excrementum pecori detracta. iam ide Orphei & Pythagore sitis prophanus uestitus ē. sed enim mundissima lini seges. inter optimas fruges terra exorta non modo indutui. & amictui sanctissimis ægiptiorum sacerdotibus. sed opertui quoq; inde rebus sacris usurpatur. Atq; ego scio nonnullos. & cum primis Emilianum istum facetiæ sibi habero. res diuinas deridere. nam ut audio percensentibus iis. qui istum nouere nulli deo ad hoc æui supplicauit. nullum templum frequentauit. si fanum aliquod prætereat nephas habet: adorandi gratia manum labris admouere. Istius uero nec diis rationis. qui eum pascunt: ac uestiunt. segetis ullas. aut uitis. aut gregis primicias impartit nullum in ulla eius delubrum situm. nullus locus aut lucus cōsecratus. Ec quid ego de luco & delubro loquor. negant uidisse se qui fuere: unū saltē in finibus eius. aut lapidē unctum aut ramū coronatū. Igitur agnomenta ei duo indita Charon ut iam dixi. oboris & aiditatē. sed alteꝝ q̄d libentius audit. ob deoꝝ cōtentū Mezentius. Qua propter facile intelligo. hasce ei tot initioꝝ enumerationes nugas uideri. & forsā ne ob hāc diuini contumaciā nō inducat in aīum. uerū esse q̄d dixi me sanctissime tot sacroꝝ signa. & memoracula custodire. Sed ego q̄d de me mezentius sentiat. manū non uorterim. Cæteris aūt clarissima uoce ꝓfiteor si qui forte adest eorūdē solēniū mihi particeps signū dato & audiat licet quæ ego adseruē. Nā equidē nullo unq̄ periculo cōpellar. q̄ reticenda accepi. hæc ad prophanos annūciare. Vt puto maxime satis uideor. cui uis uel iniquissimo aīum expleſſe. Et quod ad sudariū ptineat omnē criminis maculā dētersisse ac bono iam piculo ad testimoniū illud Crassi quod post ista q̄si grauissimū legerūt a suspicationibus Emiliani transcēsurus. Testimonium ex libello legi audisti Gumiæ cui iusdā. & desperati Lurconi. Iunii Crassime in eius domo nocturna sacra cū appio Quintiāo amico meo factita sse: qui ibi mercede diuersabatur. Idque se ait Crassus. quanq̄ meo tēpore uel alexandriæ fuerit. tamen cæde & fumo: & auium plumis cōperisse. s. eum cum alexandriæ sympositā obiret. Est enim Crassus iste. qui nō inuitus de die in ganeas correpat. In illo cauponis nidore pinnas de penatibus suis aduectas aucupatū. fumū domus suæ agnouisse patrio culmine longe exortū. Quē si oculis uidit ultra Vlyxi uota & desideria. Hic quidem est oculatus. Vlyxes fumū terra sua mergentē cōpluribus annis elitore prospectans. frustra captauit. Crassus i paucis. quibus abfuit mensibus eundē fumū: sine labore in taberna uinaria sedens cōspexit. Sin uero naribus nidorem domesticū præsensit uincit idem sagacitate odoran dī canes & Vlturios cui enim cani cui ulturio alexandrini cæli quicquam abusq; Acēsiū finibus oboleat. Est quidē Crassus iste sūmus Helluo: & oīs fumi non īperitus: sed ꝓfecto studio bibendi: quo solo censentur. facilius ad eū Alexandia uini aura q̄ fumi pueniret. Intellexit hoc & ipse incredibile futurum. Nā dicitur ante horam diei secundā: ieiunus adhuc & abstemius: testimoniū istud unedidisse. Igitur scripsit hæc se ad hūc modū cōperisse: postq̄ Alexandria reuenerit: domum suā recta contendisse: ex qua iam Quintianus migrarat: ibi in uestibulo multas auium pinnas offendisse: præterea parietes fulgine deformatos quæsisse causas & seruo suo quem ace reliquerit eūq; sibi de meis & Quintiani nocturnis sacris indicasse. Quā uero subtiliter cōpositū & uerisimiliter cōmentum: me si quid eius facere uellem non domi meæ potius factuꝝ fuisse. Quintianū istū qui mihi assistit: quem ego ꝓ amicicia quæ mihi cū eo artissima est: proq; eius egregia eruditione & perfectissima eloquentia: honoris & laudis gratia nomino. Hūc igitur Quintianū si quas auis cœna habuisset: qui pinnas cō uerteret: & foras abiiceret. Prætera fumi tantā ui fuisse ut pietes atros redderet. eāq; deformitatā: quoad habitauit passum in cubiculo suo Quitianū. Nihil dicis Emiliane. Non est uerisimile: nisi forte Crassus nō in cubiculū reuersus perrexit: sed suo more recta ad focū. Vnde autem seruus Crassi suspicatus est noctu potissimum parietes fumigatos an ex fumi colore: uidelicet fumus nocturnus nigrior est: eoq; diurno fumo differt. Cur autē suspicax seruus: ac tam diligens passus dst Quintianum migrare: prius q̄ mundam domum redderet. Cur ille plumæ quasi plumbeæ tam diu usque ad aduentum Crassi manserunt: nōne simul & Crassus seruus suus: sed ipse hæc potius de fuligine & pinnis mentitus est: dū nō pōt nec in testimonio dando discedere lōgius a culina. Cur autem testimonium ex libello legistis. Crassus ipse. Vbi gētium ē. An alexandriā tedio domus remeauit. An parietes suos detergit: an quod uerius est: ex crapula helluo attemptatur. Nam equidem hæc fabra tecum hesterna die animaduerti satis nobiliter in medio foro tibi Emiliane obructantem: quære a nomenclatoribus tuis Maxime quanquam est ille cauponibus: ꝑnomenclatoribus. notior tamen inquam interroga: an hic Iunium crassum aeensum uiderint. non negabunt. exhibeat nobis Emilianus iuuenem honestissimum cuius testimonio nititur. q̄d sit dicendum uides. dico crassum iam dudum ebrium stertere. aut secundo lauacro ad repotia cœnæ obeunde uinolentum sudorem in balneo desudare. Iste cum maxime præsens per libellum loquitur non quin adeo sit alienatus omni pudore. ut etiam sua oculis tuis si foret sine rubore ullo mentiretur. sed fortasse nec tantulum potuit ebrius sibi temperare ut hanchoram sobriæ expectaret. aut potius Emilianus de consilio fecit ne eū sub tam seueris oculis tius cōstitueret. ne tu beluam illam uulsis maxillis. fœdo aspe

Reptissimum Manticularē tur

Mēoracula

Helluo

Repotia

ctu de specie improbares: cū animaduertisses caput iuuenis barba & capillo populatum: madentis oculos: cilia turgentia: rictū: saluosa labia: uocem absonam: manuū tremorē: ructus. Nam patrimonium omne iam iam pridem abliguritū: quicq; ei de bonis paternis supereſt: nisi una domus ad calumniam uenditandum: quam tamen nunquam carius: q̄ in hoc testimonio locauit. Nam temulentum istud mendacium tribus milibus nummis Emiliano huic uendidit: idque æræ nemini ignoratur. Omnes hoc antequam fieret cognouimus: & potui denunciatione impedire: nisi scirē mendacium tam stultum potius Emiliano: qui frustra redimebat: q̄ mihi qui merito contemnebam: ob futurum uolui & Emilianum damno affici & Crassum testimonii sui dedecore prostitui. Cæterum nudiustertius haud quanq̄ occulta res acta est in Rufini cuiusdam domo: de quo mox dicam: intercessoribus & deprecatoribus ipso Rufino & Calpurniano. quod eo libentius Rufinus perfecit: quod erat certus ad uxorem suam cuius stupra sciens dissimulat: non minimam partem premii ei⁹ Crassum relaturum. Vidi te quoque maxime coitionem aduersum me & coniurationem eorum p̄ tua sapientia suspicatum. Simul libellus ille prolatus est: totam rem uultu aspernantem. Denique quanquam sunt soluta audacia & importuna impudentia prædíti: tamen testimonio crassi: cuius oboluisse fecem uidebant. nec ipsi ausi sunt perlegere nec quicquam eo niti. Verum ego ista propterea commemoraui: non quo pinnarum formidines: & fuliginis maculam te præsertim iudice timerem. sed ut ne īpunitum crasso foret: quod Emiliano homini rustico fumum uendidit. Vnde etiam crimen ab illis cum pudentillæ litteras legerent: de cuiusdam sigilli fabricatione prolatum est: quod me aiunt ad magica maleficia occulta fabrica: ligno exquisitissimo comparasse. & cū sit celeti forma turpe & horribile: tamen impendio colore & græco uocabulo grȩcum uerbum deest nuncupare. Nisi fallor: ordine eorum uestigia persequor: & sigillati apprehendens omnem calumniæ textum retexo. Occulta fuisse fabricatio sigilli: quod dicitis qui potest: cuius uos adeo artificem non ignoratis: utei uti præsto esset: denū ciaueritis. En adest Cornelius Saturninus artifex uir inter suos & arte laudat⁹: & moribus comprobatus: qui tibi maxime paulo ante diligenter scisciitanti: omnem ordinem gestæ rei summa cum fide & ueritate percensuit. me cum apud eum multas geometricas formas Gnosso uidissem: subtiliter & adfabre factas: inuitatum eius artificio: quædam mechanica ut mihi elaborasset: petisse: simul & aliquod simulacrum cuiuscunque uellet dei: cui ex more meo supplicassem: quacunque materia dummodo lignea exculperet. Igitur primo buxeam cȩptasse. Interim dum ego ruri ago: sicmiū Pōtianum priuignum meum: qui factum uolebat: impetratos hebeni loculos: a muliere honestissima Capitolina ad se attulisse. Ex illa potius materie rariore & durabiliore uti faceret. adhortatum. Id munus cum primis gratum mihi fore. Sed ea se fecisse: perinde ut loculi suppetebant. Ita minutatim ex tabellis compacta crassitudine mercuriolum expediri potuisse. Hæc ut dico omnia audisti. Præterea a filio capitoline probissimo adolescente: qui præsens est: sciscitante te eadem dicta sunt. Pontianum loculos petisse. Pontianum Saturnino artifici detulisse: etiam illud non negatur. Pontianum a Saturnino perfectum sigillum recepisse: & postea dono mihi dedisse. His oīb⁹ palā atq; apte ꝓbatis: qd oīno supest. īquo suspitio, aliq̄ magiæ delitescat. īmo qd oīno ē. quod uos manifesti mendacii nō reuincat: occulte fabricatum eē sigillum dixistis: quod Pontianus splēdidissimus eques fieri curauit. quod Saturnus uir grauis. & probe iter suos cognitus: in tabernula sua sedens: propalā exculpsit: quod ornatissima matrona munere suo adiuuit: qd & futurū & factū multi cum seruorū: tū amicor̄. qui ad me uēirabant scirēt: lignū a me toto oppido quęsitū: nō piguit uos cōmentiri. quem quidē abfuisse meo tēpore scitis: quem iussisse fieri qualicunq; materia probatū est. Tertiū mendaciū uestrū fuit. macilentā uel oīo euiscerata forma diri cadaueris fabricatā: prorsus horribilē & larualē. Quod si cōpertum habebatis ante euidens signū magiæ: cur mihi ut exhiberem: nō denunciastis. An ut possetis in rem absentē libere mentiri. Cuius tamē falsi facultas: opportunitate quadam meæ cōsuetudinis uobis adempta est. Nam morem mihi habeo quoquo eam simulacrū alicuius dei inter libellos cōditū gestare: eiq; diebus festis: thure & mero & aliquādo uictimis supplicare. Dudū ergo cum audirem scelestum. per q̄ impudenti mendacio dictitari: iussi curriculo iret aliquis: & ex hospitio meo mercuriolū afferet quem mihi Saturninus iste ęqę fabricatus est: cedo tu eum uideant: teneant: considerent. En uobis quē scelestus ille scelestū nominabat. Auditis ne reclamationem omnium qui adsunt. Auditis ne mendacii uestri damnationē. Non uos tot calumniaȝ tandē dispudet. Hiccine est scelestus. Hiccine est larua. Hoccine est qd appellitabatis dæmoniū: magicū ne istud. an solēne & cōe simulacrū est. Accipe quæso Maxime & cōtemplare bene: tam puris & tam ptis manibus tuis traditur res cōsecrata. En uide q̄ facies eius decora & suci plena sit: q̄ hilaris dei uultus ut decenter utrinq; lanugo malis deserpat: ut in capite crispatus capillus sub uno pilei umbraculo appareat: q̄ lepide sup tempora pares pinulæ emineant. q̄ aūt festiue circa humeros uestis substricta sit. Hūc qui scelestū audet dicere: profecto ille simulacra deorū nulla uidet: aut oīa negligit. hūc denicq; qui laruā putat: ipse est laruatus. At tibi Emiliane pro isto mendacio: aut deus iste superū & inferū cōmeator: utrorūq; deorū malā gratiā: semperq; obuias species mortuoȝ. quicqd umbrarū est usquā: quicqd lemurū: quicqd maniū: quicqd laruaȝ oculis tuis oggerat oīa noctiū occursacula. oīa bustoȝ formidamina. oīa sepulchroȝ terriculamenta. a quibus tū æuo & merito haud lōge abes. Cæteȝ platonica familia: nihil nouimus nisi festū & lætū & solēne & superū. & cælestе quin altitudinis studio. secta ista etiā cælo ipso sublimiora quæpiā uestigauit: & in extimo mundi tergo degit. Sit me uera dicere Maximus: qui legit in Phedro diligenter. Idem maximus optime intelligit: ut de nomine etiā uobis respōdeam: quis nam sit ille non a me primo. sed a platone nuncupatus βασιλεύς. Quis nā sit ille βασιλεύς. totius rerū naturę cā: & ratio. & origo initialis: summus animi genitor. æternus animātiū sospitator. assiduus mundi sui opifex. sed enim sine opera opifex: sine cura sospitator: sine propagatione genitor: neq; loco neque tempore: nec ulla uice comprehensus: eoque paucis cogitabilis: nemini effabilis. En ultro augeo magię suspitionem: nō respōdeo tibi Emiliane quē colam: βασιλεῦς quin si ipse proconsul interroget. quid sit deus meus: tacebo. De nomine ut impręsentiarū satis dixi. qd supest: nec ipse sū nesci⁹ quo sdā circūstātiū cupe audire. cur nō argēto uel auro. sed potissimū ex ligno simulachrū fieri uoluerim: idq; eos arbitror. nō tā ignoscēdi q̄ cognoscēdi cā desiderare. ut hoc ēt scrupulo liberētur cū uideāt oēm suspicionē criminis abunde cōfutatā. Audi igitur cui cura cognoscere est. sed aio quantum potes erecto. & attēto: quasi uerba ipsa platōis iā senis de nouissimo legū libro auditurus. Hoc cohibet. ut delubra nemo audeat priuatim constitu

Mercuriolum

Dispudet.

cōmeator.

Oggero.

Occursacula.

Formidamina

Terriculamēta.

ere: cẽſet eteni ſatis ciuibus ad immolandas uictimas tẽpla publica. Deide ſubnectit ut oium aſſenſus declarauit. maximeq; q in cõſilio eſtis: cõpetẽtiſſime uideor uſus Platone: ut uitæ magiſtro: ita cauſæ patrono cuius legibus obedientem me uidetis.

Apologiæ oratio ſecunda:

Vnc tẽpus eſt ad epiſtolas Pudẽtillæ præuerti: uel adeo totius rei ordinẽ paulo altius petere: ut oibus manifeſtiſſime pateat: me quem lucri cupiditate iuaſiſſe Pudentillæ domũ dictitant: ſi ullũ lucrũ cogitarẽ fugere ſempa domo iſta debuiſſe: qn & in ceteris cauſis minime ꝑſperũ matrimonium: & niſi ipſa mulier tot incõmoda uirtutibus ſuis repenſaret: inimicũ. Neq; enĩ ulla alia cauſa præter caſſam inuidiã reperiri pót: quæ iudicium iſtud mihi: & multa antea ꝓcula uitæ cõflauerit. Cæteꝝ cur Emilianus cõmoueretur: etſi uere me magũ cõſpexiſſet: qui nõ mõ ullo facto: ſed ne tantulo q dẽ dicto meo læſus ẽ: ut uideretur ſe merito ultum ire: neq; autem gloriæ cã me accuſat. ut. M. Antonius. Cn. Carbonẽ. C. Mutius. A. Alputium. P. Sulpitius. Cn. Norbanum. C. Furius. M. Aquiliũ. C. Curio. Q. Metellũ. Quippe homines eruditiſſimi iuuenes. laudis gratia primũ hoc rudimẽtũ forenſis opæ ſubibãt: ut aliquo iſigni iudicio ciuibus ſuis noſcerent: q mos ĩcipiẽtibus adoleſcentulis. ad illuſtrandũ ingenii floré apud antiquos cõceſſus diu exoleuit. qd' ſi nunc quoq; frequẽs eẽt: tamẽ ab hoc ꝓcul abfuiſſet. Nã neq; facundiæ oſtentatio rudi & indocto: neq; gloriæ cupido ruſtico & barbaro: neq; inceptio patrociniorum: capulari ſeni congruiſſet: niſi forte Emilianus ꝓ ſua ſeueritate exẽplum dedit: & ipſis maleficiis ĩſenſus: accuſatiõem iſtã: ꝓ morũ integritate ſuſcepit. At hoc ego Emiliano. nõ huic afro. ſed illi africano. & numantino & præterea cenſorio uix credidiſſem: ne huic frutici credam. nõ mõ odium peccatorũ. ſed ſaltẽ intellectũ ineſſe. Quid igitur ẽ. Cuius clare dilucet aliam rẽ inuidia nullam eẽ: quæ hũc & Herenniũ Rufinũ ĩpulſarẽ huius de quo mox dicam. cæteroſque inimicos meos: ad nectendas magiæ calũnias prouocarit. Quĩque igitẽ res ſunt. quas me oportet diſputare. nã ſi ꝓbe memini quod ad Pudentillam attinet. hæc obiecere. Vna res eſt. qd nũq; eã uoluiſſe nubere poſt priorẽ maritũ. ſed meis carminibus coactã dixere. Altera res ẽ de epiſtolis eius. quam cõfeſſionem magiæ putant Deinde ſexageſimo anno ætatis. ad libidinem nupſiſſe. Quod in ulla ac non in oppido. tabulę nuptiales ſint conſignatę. tertio & quarto loco obiecere. Nouiſſima & eadẽ iuidioſiſſima criminatio de dote fuit. ibi omne uirus. totis uiribus adnixi effudere. ibi maxime angebantur. atque ita dixere me grandem dotem mox in principio coniunctionis noſtrę mulieri amanti. remotis arbitris in uilla extorſiſſe. Quę oĩa tam falſa. tã nihili: tã inania oſtẽdam. adeoque facile & ſine ulla controuerſia refutabo. ut mediuſfidius uerear maxime. qque in conſilio eſtis. ne demiſſum & ſubornatũ a me accuſatorem putetis. ut inuidiam meam reperta occaſione palam reſtinguerem. mihi credite: quod re ab ſe intelligetur. oppidoq; mihi laborandum eſt. ne tam friuolam accuſationem me potius callide excogitaſſe. q; illos ſtulte ſuſcepiſſe exiſtimetis. Nunc dum ordinem rei breuiter perſequor & efficio ut ipſe Emilianus recognoſcat. falſo ſe ad inuidiam meam inductum. & longe a uero aberraſſe. neceſſe habeat confiteri: quæſo ut

Repẽſare

Capularis ſe nex

Oppidoq;

adhuc feceritis: uel ſi quo magis etiam poteſtis: ipſum fontem & fundamẽtũ mẽdacii huiuſce diligentiſſime cognoſcatis. Aemilia pudentilla quę nũc mihi uxor ẽ: ex quo dã Sicinio amico: q cũ antea nupta fuerat: pontianũ & Pudentem filios genuit: eoſq; pupillos in poteſtate aui relictos paterni: nã ſuperſtite patre amicus deceſſerat. p annos fermæ quattuordecim memorabili pietate ſedulo aluit. nõ tamẽ libẽter ĩ ipſo ætatis ſuæ flore tam diu uidua. Sed puerorũ auus: inuitam eã conciliare ſtudebat alteri filio ſuo Sicinio claro: eoq; cæteros ꝓcos abſterrebat & præterea minabatur ſi extrario nupſiſſet: nihil ſe filiis eius ex paternis eorum bonis teſtamento relicturũ: quã contionẽ cũ obſtinate ꝓpoſitam uideret mulier ſapiẽs: & egregie pia: ne quid filiis ſuis eo noie icõmodaret. facit q dẽ tabulas nuptiales cũ quo uidebatur cũ Sicinio claro ueꝝ enimuero uanis fruſtrationibus nuptias eludit eo ad dum puerorũ auus fato cõceſſit relictis filiis eius hæredibus: ita ut pontianus q maior natu erat: fratri ſuo tutor eſſet. Eo ſcrupulo liberata: cũ a principib9 uiris i matrimoniũ peteretur. decreuit ſibi diutius in uiduitate non ꝓmanendũ. qppe ut ſolitudinis tediũ ꝓpeti poſſet tamẽ ęgritudinem corporis ferre nõ poterat mulier ſanctæ pudicæ: tot annis uiduitatis ſine culpa: ſine fabula: aſſuetudine coniugis torpens: & diutino ſitu uiſcerum ſautia: uitiatis intimis uteri: ſæpe ad extremũ uitæ diſcrimen doloribus obortis examinabatur. medici cum obſtetricibus conſentiebãt. penuria matrimonii morbũ quęſitum malum ĩ dies augeri. ægritudinẽ ingraueſcere. dũ ætatis aliq d ſupſit. nuptiis ualitudinem medicandum. Conſilium iſtud cũ alii approbant. tum maxime Emilianus iſte. q paulo prius confidẽtiſſimo mẽdacio adſeuerabat. nunq; de nuptiis pudentillam cogitaſſe. prius q; foret magicis maleficiis a me coacta: me ſolum repertũ. q uiduitatẽ eius uelut quandã uirginitatẽ carminibus & uenenis uiolarem. Sæpe audiui non de nihilo dici mendacem memorem oportere. at tibi. Emiliane non uenit in mentem priuſquã ego aeeam uenirem. te litteras etiã uti nuberet ſcripſiſſe ad filium eius pontianũ: q tũ adultus Romæ agebat. Cedo tu epiſtolam. uel potius da ipſi: legat. ſua ſibi uoce: fuiſq; uerbis ſeſe reuincat. Eſt ne hæc tua epiſtola. quid paluiſti. nam erubeſcere tu quĩ dẽ nõ potes. ẽ ne tua iſta ſubſcriptio. Recita quæſo clari9 ut oẽs intelligãt q tũ lingua eius manu diſcrepet. q tumq; minor illi ſit mecũ: q ſecũ diſſentio: Scripſiſti ne hæc Emiliane quæ lecta ſũt. nubere illã uelle. & debere. ſcio. ſed quem eligat. neſcio: recte tu qdẽ neſciebas. Pudentilla enĩ tibi cuius infeſtã malignitatẽ ꝓbe norat. de ipſa re tantũ. cæteꝝ de petitore nihil fatebatur. at tu dũ eã putas etiã nũc claro fratri tuo denupturã: falſa ſpe iduct9. filio quoq; eius pontiano. autor aſſentiẽdi fuiſti. Igitur ſi claro nupſiſſet: hõi ruſticano & decrepito ſeni. ſponte eã diceres ſine ulla magia iam olim nupturiſſe. Quoniã iuuenẽ talẽ qualem dicitis. elegit coactã feciſſe ais. cæterũ ſemper nuptias aſpnatã: neſciſti ĩprobe epiſtolã tuam de iſta re teneri. neſciſti te tuomet teſtimonio cõuinctũ iri. quã tamẽ epiſtolã pudẽtilla teſtẽ & ĩdicẽ tuæ uolũtatis ut quæ te leuẽ & mutabilẽ nec min9 mẽdacẽ. & ipudẽtẽ ſciret. maluit retiere q; mittere. Cæteꝝ ipſa de ea re põtiano filio ſuo Romã ſcripſit. ẽt cauſas conſilii ſui plene allegauit. Dixit illa omnia de ualitudine. nihil præterea eſſe cur amplius debet obdurare. Hæreditatem auitã longa uiduitate. cũ deſpectu ſalutis ſuæ quęſiſſe. eãdẽ ſumma induſtria auxiſſe. iã deum uolũtate. ipſum uxori. fratrẽ eius uirili togæ idoneos eſſe. Tãdem aliquãdo ſe quoq; paterẽtur ſolitudini ſuæ. & ægritudini ſubuenire. Cæterum de pietate ſua & ſupremo iudicio nihil metuerẽt qualis uidua eis fuerit. talem

Denuptura

Nupturiſſe

nuptam futuram. recitari iubebo exẽplũ epistolæ huius ad filium misse. Satis puto ex istis cuiuis liquere posse Pudentillam non meis carminibus ab obstinatà uiduitate compulsam. sed olim sua sponte a nubendo nõ alienã me fortasse præ cæteris maluisse. quæ electio tam grauis fœminæ: cur mihi crimini potius q̃ honori danda sit: nõ reperio: non nihil tamen miror quod Emilianus & Rufinus id iudiciũ mulieris ægre ferant: cum ii qui Pudentillam in matrimoniũ petiuerunt: æquo aio patiantur me sibi prælatũ. Quod quidẽ illa ut faceret filio suo potius q̃ animo obsecuta ẽ. Ita factum: nec Emilianus poterit negare. Nam Pontianus acceptis litteris matris: cõfestim Romã aduolauit. metuens ne si quẽ auaę uię nacta esset. oia ut sæpe fit: in mariti domũ cõferret. ea sollicitudo non mediocriter animũ angebat: omnes illi fratriq; diuitiarum spes in facultatibus matris sitæ erant. Auus modicũ reliquerat: mater sestertium quadragies possidebat. Ex quo sane aliquantã pecuniam. nullis tabulis: sed ut æquũ erat mera fide acceptam filiis debebat. Hunc ille timorem mussitabat: aduersari ꝓpalam nõ audebat: ne uideretur diffidere: cũ in hoc statu res esset inter precationem matris & metũ filii. fortene an fato ego aduenio pergẽs Alexãdriã: dixissem hercule. qd utinã nunquam euenisset. ni me uxoris meæ respectus prohiberet. hyems anni erat. ego ex fatigatiõe itineris aduect⁹. apud Appios ueteres amicos meos. quos honoris & amoris gratia nomino. aliquã multis diebus decumbo. Eo uenit ad me Pontianus. nã fuerat mihi nõ ita pridẽ ante multos annos Athenis per quosdam communis amicos cõciliatus. & arto postea contubernio intime iunctus: facit omnia circa honorem meũ obseruantur. circa salutem sollicite: circa amorem callide: quippe etenim uidebatur sibi peridoneũ maritũ matri repperisse. Cui bono piculo totã domus fortunã concrederet. Ac primo quidẽ uoluntatem meã uerbis inuersis periclitabundus. quoniã me uiæ cupidum & cõuersum ab uxoria re uidebat: orat saltẽ paulisper manere. uelle se mecũ ꝓficisci. hyemem alterã ꝓp Syrtis ęstus. & bestias operiẽdã. qd illã mihi infirmitas exemisset. multis etiam precibus me ab amicis meis appiis affert. ut sese in domum matris suæ trãsferat: salubriorẽ mihi habitationẽ futuram. Præterea prospectu matris qui mihi gratissimus est liberius me ex ea fruiturũ. Hæc oia admixus impenso studio persuadet: & matrem suam suumq; fratrẽ puerum istum mihi cõmẽdat. non nihil a me in communioribus studiis adiuuãtur. Augetur oppido familiaritas: interbi reualesco. Differo aliquid postulantibus amicis: publice omnes qui aderant. igenti celebritate basilicam qui locus auditorii erat: complentes. inter alia plæraq; cõgruentissima uoce insigniter acclamant: petẽtes ut remanerẽ: fieremq; ciuis æensium. Mox auditorio misso: pontianus eo principio me adort⁹: consensum publice uocis pro diuino auspicio interpretatur: aperitque consilium sibi esse: si ego non nolim: matrem suam cui plurimi inhient. mecum coniungere. quoniam mihi soli ait rerum omnium confidere sese & credere. ut id onus recipiam. quoniam non formosa pupilla. sed mediocri facie mater liberorum mihi offeratur. si hæc reputans. formæ aut diuitiorũ gratia. me ad aliam conditionẽ reseruarem. neq; pro amico. neq; ꝓ philosopho facturũ. Nimis multa oratio est. si uelim memorare. quæ ego cõtra responderi. Quam diu & quotiens inter nos uerbigeratum sit. quot & qualibus precibus me adgressus. haud prius omiserit. q̃ denique impetrarit. nõ quin ego pudentillã. iam anno ꝓpeti assiduo conuictu probe spectassem. & uirtutem eius dotes explorassem. sed ut potẽ pegrinationis cupiens impedimentũ matrimonii aliquantisper recusaueram. mox tamen ta-

Mussitabat

Cõcrederet

Periclitabundus

Interibi Reualesco

Verbigeratum

Perpetim

lẽ fœminã nihilo segnius uoluit: q̃ si ultro appetissem. persuaserat idẽ põtianus matri suæ: ut me aliis oibus mallet: & quã primũ hæc ꝓficere incredibili studio auebat: uix ab eo tãtã morã ꝑamus: dũ prius ipse uxorẽ duceret. frater eius uirilis togæ usum auspicaretur. tunc deinde ut nos cõiungeremur. utinã Hercule possem: quæ deinde dicenda sunt: sine maximo causæ dispẽdio trãsgredi: ne pontiano: cui errorẽ suũ deprecanti simpliciter ignoui: uidear nũc leuitatẽ exprobare. Cõfiteor. n. qd mihi ꝯiectũ est: eũ postq̃ uxorẽ duxerit: a cõspecta fide desciuisse: ac derepente aĩ mutatũ: qd antea nimio studio festinarat: pari pertinacia ꝓhibitũ isse. Deniq; matrimoniũ nostrum ne coalesceret: quid uis pati: q̃ duis facere: paratũ fuisse: quãuis oĩs illa: tum animi fœda mutatio. & suscepta cõtra matrẽ simultas nõ ipsi uitio uortẽda sit. sed socero eius ecclli. Herennio Rufino: q̃ unũ neminem in terris uiliorẽ se: aut ꝓbiorem aut ĩgnauiorẽ reliq̃t. Perpaucis hominẽ q̃ modestissime potero: necessario demonstrabo. Nisi oĩo de eo reticuero: opam ꝓdiderit: q; negociũ istud mihi ex summis uiribus conflauit. Hic est. n. pueruli huius istigator: hic accusationis autor. hic aduocatorũ conductor: hic testium exemptor: hic totius calumniæ fornacula. hic Emiliani huius fax & flagellum: idq; apud oĩs intẽperantissime gloriat̃: me suo machinatu reum postulatũ. Et sane habet ĩ istis qd sibi plaudat. ẽ. n. litiũ oium depector: oium falsorũ cõmẽtator: oium simulationũ architectus: oium malorũ seminariũ: necnon idẽ hibidinũ: ganearũq; locus: lustrũ lupanar. Iã ide ab ineunte æuo cũctis ꝓbris pasã notus. olim ĩ pueritia priusquã isto caluitio deformaretur: emasculatoribus suis ad oĩa infanda morigerus. Mox in iuuentute saltandis fabulis: exossis plane & eneruis. sed ut audio indocta & rudi mollitia. Negat̃: n. qcq̃ histrionis habuisse præter ĩpudicitiam. In hac etiã ætate q̃ nunc est q istũ deperdiũt: multi sunt: honos auribus præfãdus ẽ: domus eius tota lenonia: tota familia cõtaminata: ipse ꝓpudiosus. uxor lupa. filii similes ꝓrsus diebus ac noctibus ludibrio iuuẽtutis. ianua calcibus ꝓpulsata. fenestræ cãticis circũ strepitæ: tricliniũ cõmessatoribus inq̃etũ: cubiculũ adulteris peruiũ. neq; enĩ ulli ad introeundũ metus ẽ. nisi q preciũ marito nõ attulit. Ita ei lecti sui cõtumelia uectigalis ẽ. olim sollers suo: nũc cõiugis corpore: uulgo meret: cũ ipso plerisq; nec mẽtior cũ ipso inquã de uxoris noctibus paciscunt̃. Iã illa ĩter uirum & uxorẽ nota collusio. q amplã stipẽ mulieri detulerũt: nemo eos obseruat. Suo arbitratu ascendũt. q ĩ amores uenere signo dato ꝓ adulteris deprehendũtur. & q̃ si ad discendũ uenerint: nõ prius abeunt q̃ aliquid scripserit. Quid. n. faciat hõ miser: ampluscula fortuna deuolutus. quã cũ fraude patris ex inopinato iuuenerat̃ pater eius plurimis creditoribus defœneratus: maluit retinere pecuniã q̃ pudorẽ. nã cũ undiq; uersum tabulis flagitaretur: & quasi insanus ab hoĩnibus obuiis teneretur: lex inquit negat posse dissoluere: annulos aureos & oĩa insignia dignitatis abiicit. Cum creditoribus depaciscitur. pleraq; tamẽ rei familiaris ĩ nomen uxoris callidissima fraude confert. ipse egens: nudus. & ignomia sua tectus reliqt Rufino huic. non mentior: sestertiũ. xxx. deuorandũ. tantũ enĩ ad eũ de bonis matris liberũ uenit. præter qd ei uxor sua quotidianis dotibus q̃siuit. Quæ tamẽ oĩa in paucis annis ita hic degulator studiose ĩ uentrem condidit. & omnimodis cohircinationibus dilapidauit: ut crederes metuere. ne quid habere ex fraude paterna diceretur. homo iustus & merus dedit operam. quod male partũ erat: ut male periret. nec qcq̃ ei relictũ ẽ ex largiore fortuna: præter ambitionẽ miseram & ꝓfundam gulam. Cæteq; uxor iam ꝓpe modũ uetula

Forma cula

Depector

Emasculator

Exossis

Deperdiunt

Ampliuscula

Defœneratus

Cohircinationibus

Inuita mẽtũ

& efferata: totã domũ cõtumeliis abnuit. Filia autẽ ꝑ aduleſcentulos ditiores inuitamẽro matris ſuæ: neqcq̃ circũlata: qbuſdã ẽt ꝓcis ad expiundũ ꝓmiſſa: niſi ifacilitatẽ Põtiani icidiſſet: fortaſſe an adhuc uidua: anteq̃ nupta: domi ſediſſet. Pontianus ei multũ qdẽ dehortãtib⁹ nobis: nuptias ꝙ titu ũ falſum & imaginariũ donauit: nõ neſcius eã paulo anteq̃ duceret: a quodã hõeſtiſſimo iuuene: cui prius pacta fuerat: poſt ſacietatẽ derelictã. Venit igit ad eũ noua nupta. ſecura. & intrepida. pudore diſpolia to. floreexoleto. flãmeo obſoleto. uirgo rurſum poſt recẽs repudiũ. nomen potius aſferens puellæ. q̃ integritatẽ. uectabatur octophoro. uidiſtis ꝓfecto q affluiſtis. q̃ iproba iuuenum circũſpectatrix. q̃ ímodica ſui oſtentatrix. Quis nõ diſciplinam matris agnouit. cũ in puella uideret ímedicatũ os & purpuriſſatas genas: & illices oculos: dos erat a creditore oĩs ad ternũtium pridie ſumpta. & qdẽ grãdior. q̃ domus exhauſta. & plena liberis poſtulabat. Sed. n. iſte ut ẽ rei modicus. ſpei ímodicus. pari auaricia & egeſtate. totũ pudentillæ quadragies præſumptione caſſa deuorarat. eoq; me amoliendum ratus. quo facilius pontiani facilitatem. pudentillæ ſolitudinẽ circũueniret. infit generũ ſuũ obiurgare. q; matrem ſuam mihi deſponderat. ſuadet quãprimũ ex tanto piculo dum licet. pedẽ referat. Res matris ipſe potius habeat. q̃ hõi extrario ſciens trãſmittat. ni ita faciat. iniicit ſcrupulũ amãti aduleſcentulos. ueterator minatur ſe filiã abducturũ. Quid multis? iuuenẽ ſimplicẽ: præterea nouæ nuptæ illecebris obfrenatũ. ſuo arbitratu deuia deflectit. It ille ad matrẽ uerbo⁹ Rufini geuſ⁹. ſed neqcq̃ tẽptata ei⁹ grauitate. ultro ipſe leuitatis & icoſtãtię increpit⁹. reportat ad ſocer⁹ haud mollia. Matri ſuæ ꝓter igeniũ placidiſſimũ. & ímobile: irã quoq; ſua ex poſtulatiõe accẽſiſſe. nõ mediocre ꝓtinaciæ adiuuẽtũ. Reſpõdiſſe eã deniq; nõ clã ſeeẽ Rufini ex oratione ſecum expoſtulari. eo uel magis ſibi auxilium mariti. aduerſum eius deſperatam auaritiã comparandum. hiſce auditis. exacerbatus aquariolus iſte uxoris ſuæ ita ira extimuit ita exarſit furore ut in fœminam ſanctiſſimam & pudiciſſimam præſente filio eius digna cubiculo ſuo diceret. A matricem eam me magum & ueneficum clamitaret multis audientibus. quos ſi uoles nominabo ſe mihi ſua manu mortem allaturum. Vix hercule poſſum ire moderari ingens indignatio animo oboritur tu ne effœminatiſſime tua manu cuiquam uiro mortem minitaris. At qua tandẽ manu. Philomenæ an medeæ an Clitennęſtræ qua tamen conſultas tanta mollicia aí tanta formido ferri eſt ſine cludine ſaltas. Sed ne longius ab ordine digrediar. Pudentilla poſtq̃ filium uidet preter opinionem contra ſuam eſſe ſentẽtiã deprauatum: rus profecta ſcripſit ad eum obiurgandi gratia illas famoſiſſimas litteras. quibus ut iſti aiebant confeſſa eſt ſeſe mea magiã in amorem inductam dementare quas tamen litteras tabulario pontiani præſente & contra ſcribente Emiliano nudiuſtertius tuo iuſſu maxime teſtato deſcripſimus í quibus omnia contra prædicationem iſtorum pro me reperiuntur q̃q̃ etſi diſtrictius magum me dixiſſet poſſet uideri excuſabunda. ſe filio uim meam q̃ uoluntatem ſuam cauſari maluiſſe. an ſola phœdra falſum epiſtoliũ de amore commentata eſt. An non omnibus mulieribus hæc ars uſitata eſt ut cum aliquid eiuſmodi uelle ceperunt malint coacte uideri. q; ſi aĩo etiam ita putauit me magum eſſe iccirco ne magus habear quia hoc ſcripſit pudentilla. uos tot argumẽtis. tot teſtibus. tanta oratione magum me non ꝓbatis illa uno uerbo ꝓbaret. Et quanto tãdem grauius habendum eſt. quod in iudicio ſubſcribitur quam quod in epiſtola ſcribitur. Quin tu meiſmet factis nõ alienis uerbis reuincis? Cæterum eadẽ uia multi

Purpuriſſatus

Ternuntium

Extrarius

Obfrenatus

Accenſiſſe

Aq̃rio ius

Excuſabunda

Epiſtolium

rei cuiuſuis maleficii poſtulabuntur: ſi ratum futurum eſt: quod quiſq; ĩepiſtola ſua uel amore uel odio cuiuſpiam ſcripſerit. Magum te ſcripſit pudentilla: igitur magus es. Quid ſi conſulem me ſcripſiſſet: conſul eſſem: quid enim ſi pictorem. ſi medicum quid deniq; ſi innocentem: nũ aliquod hoc putares iccirco q; illa dixiſſet nihil ſcilicet: At qui piniuriũ eſt: ei fidem in peioribus habere: cui in meliorib⁹ nõ haberes poſſe líteras eius ad perniciẽ nõ poſſe ad ſalutẽ. Sed inquieti aĩ fuit: efflictim te amabat concedo interim. nun tamen omnes qui amantur: magi ſunt. ſi hoc forte qui amat ſcripſerit. Cedonunc quod pudentilla me in eo tempore non amabat: ſiquidem id foris ſcripſit. quod palã erat mihi obfuturũ. Poſtremo q̃d uis ſanã an inſanã fuiſſe dũ ſcriberet. ſanam dices. Nihil ergo erat magicis artibus paſſa. Inſanam reſpondebis? Neſciit ergo quid ſcripſerit eoq; ei fides nõ habenda eſt. ímo ẽt ſi fuiſſet inſana: inſanã ſe eſſe neſciſſet. Nã ut abſurde facit qui tacere ſe dicit: quod ibidem dicendo tacere ſeſe nõ tacet & ipſa ꝓfeſſione quod ꝓfitetur infirmat: ita uel magis hoc repugnat: Ego iſanio quod uerum non eſt: niſi ſciens dicit. porro ſanus eſt qui ſcit quid ſit inſania. qppe inſania ſcire ſe non poteſt. nõ magis q̃ cæcitas ſe uidere. Igitur pudẽtilla cõpos mẽtis ſe non putabat. poſſũ ſi uelim pluribus. Sed mitto dialecticam. ipſas litteras longe aliud clamantis: & quaſi dedita opera ad iudicium iſtud præparatas. & accommodatas recitabo: Accipe tu: & lege: Vſq; dum ego inter loquar ſubſtine paliſper quæ ſequuntur. nã & diuerticulũ rei uẽtum eſt. Adhuc enim maxime q̃tũ equidẽ aĩaduerti: nuſq̃ mulier magiam nominauit. ſed ordinem repetiuit eundẽ quem ego paulo prius longa uiduitate: de remedio ualitudinis: de uoluntate nubendi: de meis laudibus q̃s ex pontiano cognouerat: de ſuaſu ipſius ut mihi potiſſimum nuberet. Hæc uſq; adhuc lecta ſunt. ſupereſt ea pars epiſtolæ: quæ ſimiliter pro me ſcripta: in me meipſũ uertit cornua: ad expellẽdũ a me crimen magiæ: ſedulo omiſſa: mẽorabili laude Rufini uice mutauit. & ultro contrariam mihi opinionem quorundã æenſiũ: quaſi mago quæſiuit. Multa fando maxime audiſti: & plura legendo didiciſti: non pauca experiendo cõperiſti. Sed enim uerſutiã tã inſidioſã tam admirabili ſcelere conflatam: negabis te unq̃ cognouiſſe quis palamedes: quis Siſiphas. quis deniq; Euribates aut phirimondas talem excogitaſſet. Omnes iſti quos nominaui. & ſi q̃ præterea fuerũt dolo memorãdi: ſi cum hac una Ruffini fallacia cõtendãtur. machi prorſus & bochones uidebũtur. O mirũ cõmẽtum. o ſubtilitas digna carcere. & robore. q; credat effici potuiſſe. ut quæ defenſio fuerat eadem manẽtibꝰ eiſdẽ litteris í accuſatiõe trãſuerteretur. Eſt Hercule icredibile. ſed hoc incredibile. q; ſit factũ ꝓbabo: Obiurgatio erat matris ad filium q; me talẽ uirũ. qualẽ ſibi prædicaſſet. nunc de Ruffini ſententia magum dictaret. Verba ipſa ad hunc modum ſe habebant.

Efflictim

Diuerticulũ

Bochones

Illaterunus

Hæc ipſa uerba Rufinus. q̃ę greçe interpoſuit ſola excerpta & ab ordine ſuo ſeiugata quaſi cõfeſſionem mulieris circunferẽs & põtianũ per forum ductas uulgo oſtendebat ipſas mulieris litteras: illaterunus qua dixi legendas præbebat cætera ſupra & infra ſcripta occultabat. Turpioraeẽ q̃ ut oſtẽderẽtur: dictitabat. Satis eſſe confeſſionem mulieris de magia cognoſci. Quid quæris. ueriſimile oĩbꝰ uiſũ. Quę purgandi mei gratia ſcripta erant eadẽ mihi ímanẽ inuidiã apud imperitos conſciuere. Turbabat ipurus hic in medio foro bacchabundus. epiſtolam ſæpe aperiens ꝓquiritabat. A puleius magus dicit ipſa quæ ſentit & patitur q̃d uultis amplius. Nemo erat qui pro me ferret. ac ſi reſponderet. Totam ſodes epiſtolam ce-

do. Sine oīa ifpiciam ꝓcipio ad finem ꝓlegā. multa ſunt. quæ ſola prolata. calum
niæ poſſint uideri obnoxia. cuiuis oratio inſimulari pōt. ſi ea q̄ ꝓioribus nexa ſunt
principio ſui defraudentur. ſi quædā ex ordine ſcriptoꝝ ad libidinē ſupprimantur. ſi
quæ ſimulationis cā dicta ſūt. adſeuerantis ꝓnūciatione: q̄ exprobrantis legantur.
Hęc & id genus ea q̄ merito tūc dici potuerint. ipſe ordo epiſtolæ oſtēdat. At tu Emi
liane recognoſce an & hæc mecū teſtato deſcripſerit. Oro te maxīe ſi litteræ ita ut par
tim uocales dicūtur ēt ꝓpriā uocē uſurparent ſi uerba ita ut poetæ aiunt pinnis apta
uulgo uolarent nonne cū primū epiſtolā iſtā Rufinus mala fide excerperet pauca le
geret multa & meliora ſciens reticeret nōne tunc cæteræ litteræ ſceleſte ſe detineri ꝓ
clamaſſent uerba ſuppreſſa de Rufini manibus foras euolaſſēt. Totū forū tumultu
cōpleſſent ſi quoq; a Pudentilla miſſas: Sibi ēt q̄ dicerent mandata improbo ac nefa
rio hoī per alienas litteras falſū facere tēptanti ne auſcultarent. Sibi potius audirent
Apuleiū magiæ nō accuſatū a Pudentilla ſed accuſante Rufino abſolutū? Quæ om
nia etſi tum dicta non ſunt: tū nunc cū magis ꝓſunt: luce illuſtrius apparent. Patent
artes tuæ Rufine: fraudes hiant: detectū mendaciū eſt ueritas olim interuerſa: nunc
ſe effert. & uelut alto barathro calumnias emergit. Ad litteras pudentillæ prouoca
ſtis. Litteris uinco: quas ſi uultis extremā quoq; clauſulā audire non inuidebo. Die
Obcā tu quibus uerbis epiſtolam finierit mulier obcantata: uecors: amens amās. Etiam ne
tata amplius reclamat uobis pudentilla: & ſanitatem ſuam a ueſtris calumniis quodam
præconio uindicat. Nubendi autem ſeu rationem ſeu neceſſitatem fato aſcribit a quo
multum magia remota eſt uel potius omnino ſublata. Quæ enim relinquitur uis cā
taminibus & ueneficiis ſi fatum rei cuiuſque ueluti uiolentiſſimus torrens neque reti
neri poteſt: neque impelli. Igitur hac ſententia ſua pudentilla non modo me magū
ſed omnino eſſe magiam negauit. Bene quod uos feſtinatio iudicii anteuortit nequid
in iſtis litteris ex ocio nouaretis. Tuum hoc maxime tuæque prouidentiæ beneficium
eſt quod a principio intellectas calumnia ne corroborarētur tempore. præcipitaſti &
nulla impartita mora ſubneruaſti. Finge nunc aliquid matrem filio ſecretis litteris de
amore uti aſſolet: confeſſam: hoccine uerum fuit Rufine: hoc non dico pium: ſed ſal
tem humanum promulgari eas litteras & potiſſimum filii præconio publicari, Sed
ſum ego inſcius qui poſtulo ut alienum pudorem conſerues. qui tuum perdideris.
Cur autem præterita conqueror cum non ſint minus acerba præſentia. Huc uſque a
uobis miſerum iſtum puerum deprauatum ut matris ſuæ epiſtolas quas putat ama
torias pro tribunali proconſuli recitet. apud uirum ſanctiſſimum. cl. Maximum: an
te has imperatoris pii ſtatuas filius matris ſuæ pudenda exprobret ſtupra: & amores
Suſpi obiectet. Quis tā ē mitis: q̄ nexacerbeſcat. Tu ne ultro parentis tuæ aium ī iſtis ſeru
ritus tās oculos obſeruas: ſuſpiritus numeras: adfectiōes exploras. tabulas ītercipis. amo
rē reuincis. Tu ne qđ ī cubiculo agat ꝓquiris: ne mater tua nō dico amatrix: ſed ne oio
ſoeia eſt: ne tu in ea cogitas niſi unā parētis religionē. O ifœlix uteꝝ tuū pudentilla o
ſterilitas liberis potior o infauſti decē menſes. o ingrati. xiiii. āni uiduitatis. uipera ut
audio: exeſo matris utero in lucē ꝓſerpit: atq; ita parricidio gignitur: At eni tibi a fi
lio iā adulto acerbiores morſ9 uiuenti & uidēti: offeruntur ſilentiū tuū laniatur: pu
dor tuꝰ carpitur pectꝰ tuū foditur uiſcera ītima ꝓtrahuntur. Haſcine gratias bonus
filius matri reſpondes: ob datā uitā: ob acquiſitā hæreditatem: ob. xiiii. annoꝝ lon
gas alimonias, Hiſcine te patruꝰ diſciplinis erudiuit: ut ſi cōpertū habeas: filios tibi

ſimiles futuros: nō audeas ducere uxorē. Eſt ille poetæ uerſus nō ignotus. Odi puerū
los præcoci ſapientia. ſed eni malicia præconi pueꝝ. Quis nō auerſetur: atq; oderit:
cū uideat uelut monſtrū quoddā primus robuſtos ſcelere q̄ tēpore ante nocentem q̄
potentē: uiridi pueritia cana malicia: uel potius hoc magis noxiū: q; cū uenia perni
cioſus eſt: & nōdū pene iā iniuriæ ſufficit: iniuriæ dico īmo eni ſceleri aduerſū parentē
nefando īmani īpetibili. Athenienſes quidē ꝓpter cōe ius humanitatis ex captiuis epiſto Impe
lis philippi macedonis hoſtis ſui unā epiſtolā: cū ſingulæ ꝓlublice legerentur recita tibilis
ri ꝓhibuerunt: quæ erat ad uxorē olympiadē conſcripta: hoſti potius pepercerunt:
ne maritale ſecretū diuulgarent præferendū rati fas cōe ꝓprie ultioni. Tales hoſtes ad
uerſus hoſtē. Tu qualis filius matris epiſtolas de amore ut ais ſcriptas. i iſto cœtu le
gis in quo ſi aliquē poetā laſciuiorē iubereris legere: ꝓfecto nō auderes pudore tuī ali
quo impedire: īmo enim nūq̄ matris tuæ litteras attigiſſes ſi ullas alias litteras attigiſ
ſes: ad quā auſus es tuā ipſius epiſtolā legendā dare quā nimis irreuerenter: nimis cō
tumelioſe: & turpiter de matre tua ſcriptā cum adhuc in eius ſinu alerere: miſeras clā
culo ad pontianū. ſ. ne ſemel peccaſſes: actā bonū tuū factū obtuto capeſſeret. Mi
ſer non intelligis iccirco patruū tuū hoc fieri paſſū: quo ſe oībꝰ purgaret: ſi ex litteris
tuis noſceretur: te ēt priꝰ q̄ ad eū cōmigraſſes: ēt cū matri blādirere. tuī iā tū uulpionē
& ipiū fuiſſe. Cæteꝝ neq; in aium inducere. tam ſtultū Emilianū ee ut arbitretur mi
hi lras pueri & eiuſdē accuſatoris mei obfuturas. Fuit & illa cōmenticia epiſtola: neq;
mea manu ſcripta: neq; ueriſimiliter cōficta: qua uideri uolebant blanditiis a me mu
lierē ſollicitatā. Cur ergo blandirer ſi magiæ cōfidebā: qua aūt uia ad iſtos puenit epi
ſtola: ad pudentillā. ſ. paliquē fidelē miſſa ut in re tali actitari ſolet: cur præterea tam
uitioſis uerbis: tam barbaro ſermone ego cōſcriberē: quē iidē dicunt nequaquā græ
cæ linguæ ītpitū. Cur aūt tā abſurdis: tanq; tabernariis blandiciis ſubagitarē: quem
iidē aiūt uerſibꝰ amatoriis ſatis ſcite laſciuire. Sic eſt ꝓfecto cuiuis palā ē. Hic q epi
ſtolā Pudentillæ græcationē legere nō poterat: hāc ut ſuā facilꝰ legit: & aptiꝰ commē
dauit. Sed iā de epiſtolis ſatis dictū hēbo: ſi hoc unū addidero: pudētillā q ſcripſerat Græca
diſſimulamēti cā & deridiculi poſt haſce lras euocaſſe ad ſe filios: & nuꝝ cū his ferme tior
duobꝰ mēſibꝰ cōuerſatā dicat hic priꝰ filius q̄d in eo tpe ſecus agentē uel loquētē ma Diſſi
trē ſuā ꝓp iſaniā uiderit, neget eā rationibꝰ uilliconū: & opilionū: & eq̄ſitionū: ſoler mula
tiſſima ſubſcripſiſſe. neget fratrē ſuū pōtianū grauiter ab ea monitū ut ſibi ab iſidiis mentū
Rufini caueret. Neget uere obiurgatū qđ lras quas ad eū miſerat uulgo circūtuliſſet Villi
nec tū bona fide legiſſet. Neget poſt iſta quæ dixi: matrē ſuā mihi apud uillā iam pri cones
dē cōdicto loco nupſiſſe. Quippe ita placuerat in ſuburbana uilla potiꝰ ut cōiūgare
mur. neciues denuo ad ſportulas cōuolarent. cū aut pridē pudentilla de ſuo q̄nqua
ginta milia nummū in populū expēxiſſet ea die: qua pōtianus uxorē duxit & hic pue
rulꝰ toga eſt inuolutus. Præterea ut cōuiuiis multis ac moleſtiis ſuperſederem9: quę
ferme ex more nouis maritis obeunda ſunt. Habes Emiliane cauſā totā: cur tabulæ
nuptiales inter me ac pudentilla. nō in oppido ſint. ſed in uilla ſuburbana cōſignatæ.
nec q̄nq̄ginta milia nūmū denuo ꝓfundēda eſſent. nec tecū aut apud te cœnādū eſſet.
Eſtne cā idonea. Miror tuī q̄d tu a uilla tantope abhorreas q plerūq; rure uerſere. Lex
quidē Iulia de maritandis ordinibus nunq̄. ſ. ad hunc modū interdicit. Vxorē in uil
la ne ducito. Immo ſi ueꝝ uelis. uxor ad prolē multo auſpicatius in uilla q̄ in oppido
ducitur. In ſolo uberi: q̄ in loco ſterili. In agri ceſpite: q̄ in fori ſilice: Mater futura in

ipso materno. si nubat in segete. adulta super fœcundam glebam: uel enim sub ulmo marita cubet in ipso gremio terræ. matres inter soboles herbasq; & propagines uitium: & arborũq; germina. ibi & ille celleberrimus in comœdiis uersus de proximo cõgruit: Romanorũq; ẽt maioribus quintiis & serranis & multis aliis similibus. non modo uxores uerum etiam cõsulatus: & dictaturæ in agris offerebantur. Cohibebã me in tam prolixo loco ne tibi gratum faciam si uillam laudauero. De ætate uero Pudentillæ. de qua post ista satis confidenter mentitus es ut etiam. lx: annos natam diceres nupsisse. de ea paucis tibi respondebo. Nam in re tam perspicua non opus est pluribus disputare. Pater eius natam sibi filiam more cæterorũq; professus est tabulæ eius partim tabulario publico pti domo adseruantur. Quæ tibi ob os obiiciũtur. porrige Emiliano tabulas istas lignũ consideret: signa quæ ipressa sunt recognoscat: consules legat annos cõputet: quos. lx mulieri assignabat probet. quinq; & quinquaginta: lustro mẽtitus est: parum hoc est liberalius agam. Nam & ipse pudentillæ multos annos largitus est. Redonabo igitur uicissim: Decem annos mezentius cum ulyxe errauit quinquaginta saltem annorum mulierem ostendat. Quid multis: ut cum quadruplatore agam bis duplũ quinquennium faciam. xx. annos semel detraham. Iube maxime consules computa ri: nisi fallor inuentes nunc pudentillæ haud multo amplius. xl. annorum ætatis ire. O falsum audax & nimiũ o mendacium. xx. annorũq; exilio puniendũ: dimidio tanta Emilianæ mentiri falsa audeas sesqualtera? Si. xxx. annos pro decem dixisses: posses uideri pro cõputationis gestu errasse quos circulare debueris digitos: aperuisse. Cum uero. xl. quæ facilius cæteris porrecta palma significãtur: ea. xl. tu dimidio auges nõ potes digitorum gestu errasse: nisi forte. xxx. annorũq; pudentillã ratus: binos cuiusq; anni consules numerasti. Missa hæc facio: uenio nunc ad ipsum stirpẽ accusationis: ad ipsam causam maleficii respondeat Emilianus & Rufinus ob quod emolumentũ & si maxime magus forem: pudentillam carminibus & uenenis ad matrimoniũ pellexissem? Atq; ego scio plerosq; reos alicuius facinoris postulatos si fuisse quæpiã causæ probarentur: hoc uno se tamen abunde defendisse. Vitam suam procul ab huiusmodi sceleribus abhorrere: nec id sibi obesse debere: q; uideantur quædã fuisse ad maleficium perpetrandum inuitamenta: non enim omnia quæ fieri potuerint pro factis habenda. Rerum uices uarias euenire: certum indicem cuiusq; animum esse: qui semper eodem ingenio ad uirtutem uel ad maliciam moratus: firmum argumentum est accipiendi criminis aut respondendi. Hæc ego q̃q̃ possim merito dicere: tamen uobis condono. Nec satis mihi duco si me omnium quæ insimulastis abũde purgaui: si nusq̃ passus sum: uel exiguam suspicionem magiæ consistere. reputate uobiscum quãta fiducia innocentiæ meæ: quanto q; despectu uestri agam. si una causa uel minima fuerit inuenta: cur ego debuerim pudentillæ nuptias ob aliquod meum commodũ appetere si qualibet modicum emolumentum probauerit is: Ego ille sim Carinondas: uel Damigeron: uel Hismoses: uel Ioannes. uel Apollonius. uel ipse Dardanus: uel quicunq; alius post Zoroastren & Hostanen inter magos celebratus est. Vide q̃so maxime quem tumulum suscitarint quoniam ego paucos magorum nominatim percensui. Quid faciam tam rudibus tam barbaris doceam Rufinum. Hæc & multo plura alia nomina in bibliothecis publicis apud clatissimos scriptores me legisse. An disputem longe aliud esse noticiam nominum. aliud artis eiusdem habere communio-

Quadruplator

